





X 1.69

J. N. 1.

Bibliotheca Ecclesiae ad

B. Virg. patria,

B. Parentis et Antecessoris

Studijs precibus et impensis

aucta

Hos quoque labores Theologico-

Academico-Liberaliter,

sauros nuncupat

AUTHOR

Cal. tun. A. Proponas

& 15 c LXIV.



I. N. F. C.

ISAGOGE

ANTICALVINISTICA

Secundum

Formulae Concordiae

ductum

In Theologiae purioris cultorum

gratiam

Adornata

à

GOTTFRIDO OLEARIO,

Sacrae Theologiae Doctore &

Ecclesiae Hallensis Superintendente.

*Cum approbatione Reverendiss. Facult.
Theol. in Universit. Lips.*



LIPSIÆ

Typis & sumptibus JOHANNIS WITTICAU.

1 6 6 2



J. N. F. C.

ISAAGOE

ANTICALVINISTICA

Secundum

Formulas Concordiae

datum

In Theologiae purioris cultum

gratiam

adornata

GOTTFRIDO OLEARIO

Scilicet Theologiae Doctori &

Reverendissimo Theologiae Professori

honori

causa gratulationis hinc scribitur. Praesidi

causa gratulationis hinc scribitur. Praesidi

Typis Lipsiensibus Johannis Weygandii

1733



ISAGOGES ANTICALVI-
NISTICÆPars prior seu generalis & proœmialis,
DE CALVINISMO IN GENERE.

§. I.

Calvinismus, Religio, Ec-
clesia, & doctrina Calvi-
niana seu Calvinistica,
Calviniani, Calvinistæ, à Johanne
Calvino, primario ejusdem propa-
gatore, distinctionis causâ denomi-
nantur.

A potiori denominationem fieri de-
bere in confesso est. Quamvis itaque ne-
gari nequeat, Calvinianæ Religionis semina
per alios pridem sparsa esse, ab eo ta-
men, qui rem ad perfectionem aliquam de-
duxit, cum primis appellanda erit.

Circa annum Christi M. L. seculo post
natum mundi Salvatorem undecimo *Be-*
rengarius Andegavensis in Galliâ Archidia-
conus, (*Bellarmino in Chronol. p. 95.*) ut con-
futaret transubstantiationis in Cœna Do-
minicâ errorem, in alterum extremum de-
lapsus est, nihil præter nudum panem & vi-

num adeste, corpus verò & sanguinem Christi nullibi nisi in cœlo existere dictitans, cui non modò *Lanfrancus Cantuariensis*, *Albericus Cassinensis*, *Adelmannus Brixienſis* &c. Episcopi, sed & integræ Synodi, *Romana*, *Vercellensis*, *Turonensis* &c. contradixere. Vid. post *Magdeburgenses Centuriatores* & *Osiandri Epitomen Mieralius in Syntag. Hist. Eccles. part. III, fol. 17. 143. 185.* *Dannhauerus in Salvæ Reform. pag. 121.*

Ex Berengarii cineribus *Andreas Bodenstein* à patriâ *Carolstadius* dictus, Professor & Ecclesiastes *Witebergensis* A. M. D. XXIV, septimo post incoatam à *Luthero* reformationem anno, ignes Sacramentarios quzrens, novis flatibus favillas veteres excitavit, quod de eo *Philippus Melancthon* epist. ad *Mycon.* testatur. Vid. *Schlüßelburgii Theol. Calvin. part. I, p. 2. & 3.*

Ex *Carolstadii* libris *Haldricus Zwinglius*, Ecclesiæ *Tigurinæ* in *Helvetiâ* Pastor, occasionem nactus suum de *Cœnâ Domini* dogma spargendi, post longam meditationem, sententiam Christi Testatoris verbis contrariam tandem protulit, ab atro an albo in somnis monitore edoctus num fuerit ipse subdubitans, quod somnium à *Lutheranis* non confictum, ab affectis *Zwinglii* frustra partim negatur, partim excusatur,

tur, vid. *Beza contra Westphalum*, *Crocius Bre-*
menfis in hom. Calvin. pag. 59. Ex nostris
Schlüßelburgius loc. dict. *Gisenius in Repur. Col-*
leg. Rintel. *Feurbornius in quæst. Calvinisticis*
 &c.

Zwinglii partes secutus est *Johannes Cal-*
vinus Noviodunensis, Ecclesiæ Genevensis
 Pastor, (Zwinglii discipulus *Bellarmino I.*
d. f. 121.) qui ex corruptæ rationis tenebris &
 apertis scripturæ sacræ elusionibus, deor-
 tionibus & depravationibus (vid. *Calvinus*
Judaizans D. Agid. Hunnii, & ejusdem cont.
Par eum vindicatio) dogmata horrenda, ipsi
 Spiritui Sancto adversa, in lucem protulit,
 propagavit, suosque applausores & appro-
 batores numero plurimos, & autoritate
 præpollentes invenit, (*Bezam, Bullingerum,*
Oecolampadium, Gualtherum, &c.) quorum
 doctrinam Calvinismum, Calvinianam,
 Calvinisticam, ipsosque licet hoc nomen
 detrectent & ægrè ferant, ab isthoc anteces-
 sore & antesignano suo, Calvinianos seu
 Calvinistas meritò nuncupamus, secuti
 hâc in re: I. *Divina mandata Jerem. XV, 19.*
Matth. VII, 15. Philip. III, 2. II. Mandatis
conformem praxin & fundata exempla: Pro-
phetarum I. Reg. XIIIX, 19. Jerem. XXVIII,
15. c. XXIX, 21. 25. Apostolorum, Pauli Act.
XXIII, 6. I. Timoth. I, 19. 20. II. Timoth. I,

15. cap. II, 17. Johannis Epist. III, 9. Christi Matth. XVI, 6. Apocal. II, 6. Patrum sive Ecclesiæ Doctorum : Justini in Tryph. Chrystostomi homil. 33. in Acta Apost. Epiphani, Hieronymi, Augustini, Philastrii &c. Imperatorum Christianorū : Constantini, Theodosii utriusque, Valentiniani (ad Leont. præf. I. damnato 6. C. de hæret. &c.) qui ab hæresiarchis horum Sectatores, à Marcione Marcionitas, ab Ario Arianos, à Nestorio Nestorianos &c. appellârunt, & ne Christianorum nomine abutantur, jure sic appellari statuerunt. III. Ipsorum *Calvinianorum praxin & concessionem*, dum à Papâ Papiſtas, à Serveto Serveianos, à Flacio Flacianos, totâ die denominant, & hæreticos nominibus suorum authorum, ut caveantur, jure appellari ex sacra scripturâ & Ecclesiâ praxi concedunt. vid. *Paræus in comment. 1. Corinth. 1. col. 62. Wendelinus in Theol. Christian. præfat. pag. 13.*

Quæ in contrarium objicere solent ex *I. Corinth. I. v. 12, 13.* & Lutheri autoritate, ea facile dissolvuntur, si attendatur, questionem esse non de ejusdem Religionis & professionis sociis, sed de istius adversariis; non de nomine Magisterii sed ministerii & confessionis ab aliis discernendæ. Videatur *Lutherus Tom. II, fen. German. Von bey*

bender *De state des Sacraments part. II. f. 92.*
§. 4. Heilbrunnorus in Synopsi pag. 140. seq. & in
Synopsi alterâ p. 363. Balduinus in 1. Cor. 1. Mei-
suerns in Disp. de Calvinism. fug. Sigvvarius de
Irenic. Parâ l. 2. c. 9. Gisenius in Repurg. Coll.
Rint. Feurborn. in 99. Calvin. Joh. Müllerus in
pref. Absol. Decr. A. 5. Dannhauerus in proam.
Hodorn. spirit. Calvin. pag. 6. seqq.

§. 2.

Calvinismi sectatores diversa no-
 mina habent, tum ab aliis, tum à se-
 ipsis imposita, vel repudiata, vel re-
 tenta & adamata.

Ab aliis nominantur: I. *Zwingliani* seu
Cingliani à Zwinglio. II. *Calviniani* vel *Cal-*
vinistæ aut *Calvinisequæ* à Calvino, eò quod
 Zwinglii & Calvini dogmata approbent,
 ut dictum *s. preced.* III. *Sacramentarii*, quod
 quidem certo respectu admittit *Daneus*
part. II. Exam. Chemic. p. 277. si Sacramen-
 tarios dicamus, qui Sacramenti signifi-
 cationem relinquunt; *Paræus* verò, in *Irenic.*
p. 12. & orthodoxi consensus authores in prefat.
apolog. lit. B. fac. b. rectè fieri negant. Sed
 quia Sacramentarii juxta *Johannem de Min-*
ster sunt, qui: 1. dicunt in Cœnâ tantum
 esse panem & vinum. 2. merum panem &
 vinum esse signa sine corporis præsentia.

A 4

3. ne-



3. negant corpus & sanguinem in Cena porrigi. 4. in odium Papæ nudum panem & vinum adesse credunt; & hæc falsa de Sacramentis doctrina Calvinistis competit sive probatur, ut patescet infra ex *artio*, VII. meritò affirmat Calvinistas Sacramentarios dici & esse, ex professo hoc tractans *Hutterus in Calvinistâ Antico-polit. p. 253. seq.* & contra *Parai Irenic. cap. 3. p. 32.* IV. *Geusii* in Belgio. quod nomen *Brederodius* cum suis, postea omnes Calviniani ibidem amplexi sunt, vid. *Meteranus lib. 2. Chron. A. 1566. V. Hugonotta* in Galliâ, vel ab *Hugone Comite* quodam, vel aliâ occasione, quam ex *Florimundo* recenset *Becanus in Manuali. VI. Puritani* in Angliâ, qui puram sive meram *Calvini doctrinâ* sequuntur, quos *Jacobus Magnæ Britanniæ Rex*, furiosos & incendiarios vocat, à quibus reliqui *Anglo-Calviniani* in ceremoniis & adiaphoris dissentiunt. VII. *Picardi* vel *Picarditz*, aut à Gallo quodam, qui dicebatur *Pichardus*, cujus inter *Hufsitas* meminit *Bellarminus in Chronol. p. 115.* aut à *Picardiæ oppido Novioduno*, *Calvini patriâ*. VIII. *Supralapsarii* & *Sublapsarii*, quorum illi hominem ut conditum tantum citra respectum lapsus aut peccati, hi verò hominem ut lapsum, absoluto electionis & reprobationis decreto

creto substernunt, de quorum omnium differentiis, choragis, conciliatione &c. vid. *Scharffus in Dissp. Anti-Calvinian.* *Dannhauerus in Hodom. Spir. Calvin. part. I. phantasm. II. fol. 87. seq.* & *in Salve Reformat. p. 445.*

A se ipsis nominantur, & ab aliis quoque appellari cupiunt: I. *Christiani*, utpote Christum docentes & loquentes. Theologiā suam Christianam inscripsit *Vendelinus*, Ethicam *Daneus* &c. Sed juxta *Ignatium Epist. 2. ad Magnes.* quidam Christiani esse dicuntur τῶν λέγουσιν, quidam verò τῶν εἰσὺν. Nominatus invenitur Christus apud quosvis hæreticos, qui se Christianos vocant, re ipsa autem non est apud eos, inquit *Augustinus in Enchirid. cap. 5.* II. *Orthodoxi*, unde confessionem suam orthodoxi consensus titulo ediderunt. III. *Catholici*, nequaquam verò hæretici, vid. *Paræus in 1. Cor. 1. Wendlinus Theol. pag. 8.* quibus opponendi *Heilbrunnerus in Synops. I. p. 140. Synops. II. pag. 365. Balduinus in 1. Cor. 1. Sigvvarius de Irenic. Paræi l. 2. cap. 9.* IV. *Evangelici*, ut qui soli Evangelio credant, Evangelium doceant & audiant, quod tamen multi ipsorum floccifaciunt, eisque propria sua scripta, Confessiones & Catechismos præponunt; præterquam quod Evangelicorum nomen generalius est, quo Sociniani,

Anabaptistæ & cacodoxi alii abuti solent
 V. *Reformati*, potiùs à Calvino formati, de-
 formati Reformatores ac deformatores,
 Calvinus enim A. 1544. Carolo V. Impera-
 tori in Comitibus Spirensibus libellum ob-
 tulit, in quo quâ ratione reformari Eccle-
 sia debeat docere voluit. Sed quomodo
 Ecclesiam Christi reformabunt, qui ipsi re-
 formandi, qui erroribus suis articulos fi-
 dei deformârunt. De quibus & aliis Cal-
 vinistarum nominibus vid. *Dannhauerus in*
Præm. Hodom. Calvin. pag. 11. seq. Carolus
Regius de sectis Calvin. &c.

§. 3.

Calvinismus sive Religio Cal-
 viniana, est ea agnitionis & cultus
 divini ratio, quæ ex Satanæ susurro,
 cœcæ rationis consensu & Philoso-
 phiæ abusu, à Calvino cumprimis,
 per articulorum fidei depravationem
 & ceremoniarum indifferentium abrogationem,
 excogitata & introducta est, prætextu
 necessariæ reformationis, in DEI & sinceræ
 Religionis ignominiam, arrogatæ
 sapi-

sapientiae gloriolam & animarum
perniciem presentaneam.

Descriptio Calvinismi (non ab articulis fidei depravatis sed) à causis desumpta causalis est. Genus est ratio seu modus agnoscendi & colendi Deum, quam omnes cacodoxi jactare solent. Differentia desumitur à causis, quarum :

Efficiens & quidem primaria est :

I. *Satanas*, fraudum, deceptionum & mendaciorum pater Joh. VIII, 44. Zizania tritico interspergens. Matth. XIII, 27. mentes excœcans, ut non fulgeat eis illuminatio Evangelii gloriæ Christi 2. Cor. IV, 4. id quod arguunt: Carolstadii Enthusiasmus, Zwinglii somnium, Peuceri apocalypsis, & desperabundæ voces & verba in articulis de Personâ Christi, de Sacramentis, de Prædestinatione & de Providentiâ. Vid. *Huterus in Conc. Concorde cap. XII. pag. 248.* *Gerhardus Tom. I. Disp. Theol. fol. 197. 1108. seq.* *Dannbæuerus in Hodom. Calvin. Phant. I. pag. 59. 72. seq.*

II. *Cœcaratio*, quam juxta omnia mensurant & ad ejus normam dirigunt, imò pro Verbi divini Magistrâ, Dominâ, Judice, Veritatis cœlestis normâ, Principio & causâ habent, ut ex articulo præliminari partibus

tis specialis pateſcet inferiùs, unde cum A-
verroë ingeminant: *Credere aliquid eſſe ve-
rum, quod ratio non poteſt apprehendere, nec in-
tellectus intelligere, levitatis ſignum eſſe dicimus.*

III. *Philosophie abusus*, qui ſpretâ dehor-
tatione Apoſtolicâ *Coloſſ. II, 8.* progeniem
Calvinificam produxit. Quâ enim de
cauſâ Cõmunicationem Idiomatum, Ma-
jeſtatem carnis Chriſti, ejuſq; præſentiam
in ſacrâ cœnâ oppugnant, quam quia Phi-
loſophica axiomata (quibus abutuntur) re-
pugnant & Philoſophorum regulæ contra-
riantur. Videatur *Mesſærus in Philoſophiâ
ſobriâ.* Hinc *Philippus Melancthon* (adhuc
orthodoxus) ad *Johann. Frid. Elect. Saxon. cu.
Selnecc. in Epist. Gal. pag. 421.* *Cingliani*, ait,
nullam habent doctrinam Chriſtianam, ſed tan-
tum pueriliter Philoſophantur, ideoq; publicè &
privatim arguendi ſunt, quia conſcientias conſi-
ciunt in dubitationem, & augent profanas diſpi-
zationes, & maximam profanationem in animis
hominum pariunt ac planè ad Ethnicifmum ſeu
gentilitatem prolabantur, dum Ethnicos ſalvari
perhibent, & in totâ religione tantum ſueratio-
nis calliditate & opinione ducuntur ac ipſi E-
thnici ſunt.

*Efficiens ſecundariâ & instrumentalis Cal-
vinifmî, ſunt Religionis hujus authores:
Carolſtadius, Zvinglius & præprimis Cal-
vinus*

vīnus (de quibus §. 1.) ac horum castra secuti inque hodiernum diem sequentes & adamantes.

Materia sunt ipsi Religionis articuli de omnibus fidei partibus tractantes, è fontibus quidē & flosculis Israëlitis collecti & corrafi, sed in venenum & virus animarum conversi, unā cum rebus & ritibus, suo genere indifferentibus, prætextu necessariæ reformationis abrogatis. conf. formula intimatæ reformationis Anhaltinæ, quam ex *D. Job. Olearii sen. 200. error. Calvin. f. 18. 19. repetit prodrom. Megapolit. f. 86.*

Forma est ipsius Religionis error & à vera fide deviatio, quæ partim in veri DEI cognitione, partim in ejusdem cultu consistit. Confitentur sanè DEUM verum, Patrem cum Filio & Spiritu Sancto, sed confessionem hanc variis erroribus quoad attributa, opera & beneficia divina maculant, (vid. *Gerhardus Tom. I. Dissp. I. d. & VVellerus contra Massonium*) nec vero cultu DEUM prosequuntur, dum JESUM Christum non ut verum DEUM-HOMINEM honorant, sed honore ipsi debito privant, Patrem immisericordem *μισανθρώπων* & crudelem Tyrannum faciunt, Spiritui Sancto viam conversionis hominum præcludunt, Verbo & Sacramentis efficaciam detrahunt, ut inferiùs patefcer.

Finis est, non qui prædicitur Dei gloria sed ignominia, non Religionis repurgatio sed depravatio, non aliorum ædificatio sed seductio, & singularis sapientiæ ostentatio, non animarum salus & profectus, sed præsentanea pernicies, desperatio & interitus, ad quem confictum istud absolutum DEI decretum, quo hunc ad vitã illum ad mortem absolutè destinatum volunt, surreptã omni consolatione, non deducere non potest; ut meritò Illustrissimus Princeps, *Georgius Johannes Palatinus*, Dux Bavariæ, qui in juventute in Calvinianã doctrinã educatus fuerat, sed postmodum ad veritatis agnitionem & gremium veræ Ecclesiæ rediit, in lethali morbo constitutus dixerit: (teste *Vogelio in funebri concione*) Si essem Calvinianus, oporteret me jam desperare. Cavete ô charissimi filii à doctrinã Calvinianorum, nullum in eã est solatium, sed perpetua dubitatio. cit. *Gerhardo Tom. I. disp. pag. 119. & Dannhauero in Salve reformat. pag. 481. qui ibid. & in Hodom. Calvin. nec non Müllerus in tractatu Germ. peculiari, absolutum à Calvinianis creditum decretum prolixè examinavit & solidè refutavit, ad eò ut frustra illud in cursu Theologico Altingi ab *Horingera* edito incrustetur.*

§. 4.

Calvinismus est vel priscus, apertior & crassior, vel recens, crypticus & subtilior.

Distinctionem hanc suppeditat tum ipsa Concordiæ formula, tum nostri temporis experientia.

Formula Concordiæ, quando art. VII. de Cœnâ Dom. pag. 598. docet duo esse Sacramentarium genera. Quidam enim sunt crassissimi admodum, hi perspicuis & claris verbis id apertè profitentur, quod corde sentiunt. Alii autem sunt versuti & callidi, & quidem omnium nocentissimi Sacramentarii, qui (uti de negotio Cœnæ Dominicæ ita de aliis fidei articulis loquentes) ex parte nostris verbis splendide admodum utuntur & præ se ferunt, quod idem nobiscū credant, licet sub splendidis verbis eandē crassam, quam priores habent opinionem occultent & retineant. Unde operæ pretium fecit D. Tilemannus Heshusius certas quæstiones (numero decem) formando, quibus Crypto-Calviniani è latebris produci, explorari, & tum ab orthodoxis Lutheranis, tum ab apertis Calvinianis discerni queant, quæ sub rubricâ: (wie man die jentgen/so des Calvinismi halben verdächtigt sind) examini-

mini-

miniren und auff die Prob sehen sol?) leguntur in libro practico cui titulus: *Krechten Buch D. Philippi Hahnen fol. 427. seq.* quibus quaestionibus probatoriis, geminas Anhaltinis propositas, habet *D. Leonh. Huttermus in Conc. Concorde p. 982. conf. Lutherus im Bedencken/wie mit den Meuchel Predigern zu verfahren / die nicht richtig heraus wolten/sondern Mum/Mum/sptelen. Tom. II. VViteb. Germ. fol. 250. Tom. VI. Ien. G. f. 112.*

Experientia & rei evidentia docuit, multos ex Calvinianis, qui Reformati vocati malunt, abhorrere ab horribili (ut ipse Calvinus lib. 3. Instit. cap. 21. 23. sect. 7. appellat) absoluto decreto, pudere hujus doctrinae non paucos ipsorum Clericos, politicos & laicos, abhorrere à Zwinglii, Calvini, Bezae & Piscatoris blasphemis in Deum & horrendis vocibus, ægrè terre, Theologis & Concionatoribus suis talia imputari, idq; pro injuriâ habere, persuadere velle Lutheranis, dissensum inter hos & ipsos non esse fundamentalem, controversi non de re sed modo, quaestiones non esse de fide, sed circa fidem, sive discrepantiam saltem esse in quaestionibus secundariis nō primariis &c. vid. ex Paræi Irenico Calvini opusc. p. 1010. 1013. Syn. Dodrac. concl. can. pag. 276. 375. Daniel Sachsus in Harmon. Evang. conc. LXIII. fol.



338. & Conc. LXXVII. fol. 466. & conc. CLX.
fol. 993.

Quamvis verò negari nequeat, Calvinianos in Synodo Dordracensi consuluiffe, ut pro concione aliter & mollius de absoluto decreto verba fierent, nihilominus tamen decretum istud magno Zeio & fervore defenderunt, nec duras majorum suorum phrasas improbare voluerunt. Vid. *Acta Synodi sess. CXXXII. pag. 338. &c.* & ex eis *Heanus in disceptis fol. 440. 610. Müllerus in pref. tract. de absol. decret.* (Nec juvat ipsos *Lutheri in lib. de seruo arbitrio* sententia, ejusque per nostros hic & alibi defensio; nos enim Lutherum in nullo errore defendimus (ut ipsi Calvinum) sed Luthero priori posteriorem, ejusque ab errore liberi, orthodoxam explicationem opponimus. vid. *Müllerus l. d. c. IX. pag. 543. seq.*) Sic hodiè post pacem Osnabrugensem Reformati eadem inclusi, mollioribus pristina defertur, rigidiores siquæ dissimiles existunt. Conf. *Sachsins*, qui quod unâ manu largiri videretur, decretum absolutum improbando pag. 212, 222, 466. alterâ rursus tollit & destruit, gratiæ, fidei & salutis donationem vel negationem, eidem decreto & beneplacito assignando. p. 218, 519, 522, 533, 1288. &c. vid. *inf. Artic. XI.*

Summa Calvinismi in hisce præcipuè consistit, quod assignato rationi humanæ in divinis dominio, & posito absolutæ electionis decreto, fidei articulos & media corrumpat, Dei gloriam & gratiam, Christi meritum & Spiritus sancti operationem imminuat, adiaphora & Christianas ceremonias impugnet, adeoque devotionem, solatium & pietatem tollat.

Calvinismus itaq; I. Rationi humanæ in divinis dominiû pro ministerio assignat, quod ipsum ministerium licet unius vel alterius Calviniani Doctoris verbis, (*Messinli in Loc. com. Mornet de verat Relig. Crocium. Hom. Calv. pag. 43.*) asseri videatur, praxis tamen & plurium assensus reclamitat.

Hinc *Zwinglii in Colloq. Marp.* dixit: nihil credendum esse, quod ratione comprehendendi nequeat, quia DEUS nobis non proponat incomprehensibilia. Cui suffragantur: *Lupichius cont. Selnec. Neostad. referente Schlüsselburgio part. I. pag. 117. Piscat.*

cor in Luc. XXIV. doct. 7. Keckerm. l. 1. Syst. Theol.
cap. 4. pag. 57. &c.

II. Absolutæ electionis decretum primo
articulorum fidei loco ponit, & ex eodem
reliquos deducit *Synod. Dordr. pag. 341. cap. 5.*
doctrina Th. 7. idē pro corde Ecclesiæ habet
Synod. p. 212. sess. 42. huic totū Catechismum
inniti docet. vid. Marpurgenses in gründl.
Aufführung wieder die Casseler.

III. Fidei articulos depravat, perinde
ut eorum principium, scripturam sacram
ita in eadem fundata principiata, sive arti-
culos de Trinitate. de Christo, ejusdem per-
sonâ, Nativitate, Deitate, officio &c. pro-
ut ex Antesignano *Calvino Judaiizante à Doct.*
Agid. Hunnio edito. & contra Paræum defenso.
Exegesi artis. Aug. Confess. Mentzeri eiq; sub-
jectâ antithesi, aliisque inferius sub finem
partis generalis recensendis constat, & ex
totâ parte speciali hujus Isagoges consta-
bit pluribus.

IV. Media fidei corrumpit offerentia,
conferentia, applicantia & obsignantia,
quæ sunt: Verbum & Sacramenta, Bap-
tismus & Cœna Domini, eorundem partim
efficaciâ, partim substantiam impugnan-
do, extenuando, evacuando, negando, ad
solos electos restringendo ut inferius ex
Artic. VII. patescet, vid. Synod. Dordr. in juo

dic. *Prov.* p. 293. *Hunn. in Diascepsi, Gerb. Tom. I. Disp. fol. 376.*

V. Dei gloriam & gratiam unâ cum Christi merito & Spiritus Sancti operatione imminuit, restringit, & ex universalibus particularia facit, uti prolixius demonstravit *Gerhardus Tom. I. Disp. Theol. Disp. V, VI, VII, VIII. a pag. 197. ad pag. 387. Mullerus ex Synodo Dordr. in Absol. decr. c. 1. pag. 4. seq.*

VI. Adiaphora & Christianas Cere-
monias impugnat, evertit, destruit. De the-
ria vid. *Meisnerus in Collegio Adiaphoristarum*
per totum, *Gisenius in Calvinismo Disp. xx. &*
xxi. De praxi Steidanus, Thuanus, Meis-
nerus &c.

VII. Devotionem, solatium & pietatem
collit, vid. *Gerhardus Tom. I. Disp. Theol.*
Disp. IX, X, XI, XII. a pag. 1108. ad pag. 1328. &
Tom. II. Disp. III, IV, V. a pag. 96. ad 186. Quæ
enim rationis suæ iudicium sequuntur, ad
Form. Cont. pag. 618. in horum cordibus hæ-
perniciosa cogitationes excitantur: Si (in-
quiunt) DEUS me ad æternam salutem ele-
git, non potero damnari, quicquid etiam
designavero. Contra verò, si non sum ele-
ctus ad vitam æternam, nihil planè mihi
profuerit, quantumcunque boni fecero, o-
mnès enim conatus mei irriti erunt. Idem
docue-

docuere *Prædestinati* à dogmate suo dicti
 hæretici A. C. 415. qui referente *Sigeberto in*
Chron. fol. 67. a. de prædestinatione disputa-
 bant, quod nec piè viventibus proffit bono-
 rum operum labor, si à DEO ad mortem
 prædestinati fuerint, nec impiis obsit quod
 improbè vivant, si à Deo prædestinati fue-
 rint ad vitâ; quæ assertio & bonos à bonis
 avocabat & malos ad mala provocabat.
 Prædestinatis consensit *Godefridus Belga*
 circa A. C. 848. damnatus in Synodo Mo-
 gutinâ vid. *Cent. IX. Hist. Eccl. fol. 225. Hem-*
mingius in Pastore fol. 168. Marloratus ex Mu-
sculo in Johan. XVI. vers. i. imò etiam B. Luthe-
rus Tom. XI. Vit. Germ. fol. 248. b. & in Post-
ill. domest. fol. 129. b. Röberus Diss. pecul. de
Godefridaci erroribus. Dannhauerus in Salve Re-
form. pag. 120.

§. 6.

Calvinismi os & vox est, non quâ
 abuti & se se palliare solet Augusta-
 na Confessio, sed post publicas Ca-
 techeses & Confessiones proprias,
 Doctorum suorum scriptis confor-
 mes, Dordrechtana Synodus, sive
 ejusdem, quæ tamen nec libera nec

B 3

le.

legitima fuit, Acta in literas redacta
& publicè edita.

De Augustanâ Confessione invariata,
ut Cafari Carolo V. in Comitibus Augustæ
Vindelicorû A. 1530. oblatâ, hic sermo est,
quam frustra jactitare Calvinismum cum
affectis patet: I. ex diversitate Confessio-
nis Zvvinglii & quatuor civitatum, quæ ab
Imperatore rejecta fuit. II. ex rejectione
Augustanæ Confessionis factæ ab ipso
Zvvinglio in Conventu Augustano A. 1530.
*Calvino in. Epistolis pag. 524. & defens. 2. cont.
Westphal. Belgic. Eccles. Reformatorebus in.
lib. cont. Form. conc. pag. 29. 32. & Historia
conventus Possiænsi apud Osian. Cent. XVI. pag.
729.* III. ex variatione, quæ variatam con-
fessionem approbat, invariata non retin-
et. IV. ex singulorum articulorum col-
latione institutâ ab *Egidio Hunnio Tom. V.
operum pag. 14. à Mentzero Tom. I. Diss. Giess.
Diss. IX. & seq. & in Exeg. Aug. Confess. D.
Hoën in unvermeidlicher Rettung der Gemein-
sens Frage. cap. XIX. fol. 248. seq.*

Quamvis verò inter publicè edita priva-
tarum vel publicarum personarum scripta,
& publicas Catecheses atque Confessio-
nes discrimen sit; quia tamen harum sen-
sus ex Doctorum scriptis & libris est eru-
endus, ut ipsi Calvinistæ docent in *Syn. Dord.*
Judis

Judic. provinc. pag. 261. ac ipsimet nostram & Remonstrantium sive Arminianorum doctrinam è privatis autoribus & eorum scriptis judicant; sanè frustra conqueruntur & lamentantur, sua ex privatorum scriptis estimari dogmata, & præcepti sui immemores, quod ipsi faciunt, iniquè in aliis carpunt; quippe cum aliud sit privata doctrina, aliud sit doctrina publica & totius cætus, per scripta saltem singularium & individuorum hominũ in vulgus sparsa vid. Hunnius in diascepsi §. 470. fol. 303. qui confessiones Ecclesiarum Calvinianorum publicas, Doctorum scriptis conformes allegat. ibid. fol. 301. 372. 483. 504. 606. &c. sic Hoe in Orac. Dodon. fol. 320. &c.

Ut igitur Papismi seu Papatus os & Concilium Tridentinum nec liberum nec legitimum, uti in *Isagoge Antipapistica* pag. 19. seq. ostensum fuit: ita Calvinismi vox & os est. *Synodus Dordrechtana*, talis ut habeatur idem ipsa postulans in *Actis* pag. 376. publicas Ecclesiarum confessiones includens, & privatorum scripta eorumque duras locutiones minimè rejiciens nec corrigens. *sess. CXXXII. pag. 338.*

Quæ ipsa Synodus, quod nec libera nec legitima fuerit, ratione personarum, circumstantiarum, processus, terminationis

& consequentium, satis superque demonstravit ac orbi Christiano manifestum fecit in *prefat. diasceps. Theolog. de fundamentalis dis. sensu doctrina Evangelico-Lutherana & Calviniana seu Reformata D. Nicol. Hunnius.*

S. 7.

Modus juxta quem ad orthodoxam Calviniani adduci & converti possunt Religionem est: 1. ostendere & oculis ipsorum palam subicere Calvinismi absurditates, blasphemias, & in ipsum Deum, ac hominem Deum Iesum Christum locutiones impias. 2. ex sacris literis informare, orthodoxam fidem aperire & ejus cum scripturâ sacrâ consonantiam ostendere. 3. controversias discernere, falsas hypotheses & æquivocationes remove-re, statum ritè formare, à rationis dominio & fictis contradictionibus avocare.

Duxii, ut *B. Lutherus* in Cōfess. maj. vocat sine seductores, hæresiarchæ, errores spargentes,

tes, mordicus defendentes, & cedo nulli amantes, ut & idiotæ blasphemantes ac veritatem agnoscere nolentes, aut non, aut rarissimè & difficillimè convertuntur, quare à seductis simpliciorib9 & moderatioribus probè discernendi, & de his potius, quorum aures labiis docentium puriores, quàm istis, laborandum erit.

Si tamen cum seductoribus quoque agendum, quos antesignanorum placita auditoribus plerumque proponere pader, omninò *absurda absurdorum absurdissima Calvinianistica absurda*, blasphema & horrenda paradoxa, impiaque de Personâ Christi, Cœna Domini, Baptismo & Prædestinatione effata sive errata, peculiari libro à *D. Alberto Graüero deducta*, & in Synodo Dordracenâ dogmatifata sive approbata (v. g. *Deum nolle omnes salvos fieri, Christum non pro omnibus mortuum esse, Spiritum Sanctum non omnes efficaciter vocare, sine respectu incredulitatis & impenitentia maximam hominum partem rejectam esse &c.*) oculis sunt subjicienda. Deinde orthodoxia ex Scripturis demonstranda, cacodoxia verò refutanda est. Porro articuli accessorii & secundarii à fundamentalibus & primariis segregandi, quorum vel negatio vel ignorantia damnat, & formato in singulis de quib9 agere

Iuber controversiæ statu, rationi scripturam & fidem opugnanti, Regulis item Philosophicis abutenti & contradictiones fingenti, obviandum erit.

Cum Idiotis in simplicitate suâ seductis si modo doctrinæ patientes accommodent aures, pro ratione captus eâdem aut breviori viâ incedendum, ita ut discrimen Lutheranæ & Reformatæ quam vocant seu Calvinianæ Religionis ostendatur, utriusque fundamenta producantur, & veritas quoad controversos articulos aperiatur, motivæ quoque à Calvinismo dehortantes, addantur ex *fideli admonitione* oder *Zeruehrtigen Warnung der Theologischen Facultät zu Wittenberg A. 1620. fol. 77. & aliis libris* inibi indicatis *fol. 97. Vid. Methodus hereticos convertendi Kesleri part. II. cap. 6. fol. 354. seq. Hunnius in consule. von Religions Streitigkeiten part. II. cap. 2. seq. Dannhauerus in Salvo Reformat. fol. 339. seq.*

§. 8.

Conciliatio Calvinismi cum Lutheranismo h. e. falsæ & pseudo-Christianæ Religionis cum verâ & Christianâ impossibilis est.

Sermo est: I. de impossibilitate non absolutâ, quæ divinæ omnipotentis sive

vii-

virtuti infinita terminum ponat, contra
 oracula prophetica, angelica, divina, *Zach.*
VIII, 26. Luc. I, 37. Genes. XLIX, 14. Deo enim
 omniscio & omnipotenti notum est, num,
 qui omnium corda in manu habet, ad istam
 pacem seu *ὁμολογίαν* eadem inflectere velit,
 juxta *Psalm. XXX, 15. Act. XV, 18.* cujus inef-
 fabili bonitati & virtuti id commendamus;
 sed *hypothetica*, quæ nempe salvâ veritate &
 sine *παρανομιᾷ* ac regressu ad veritatem fieri
 possit, de quâ videantur scripta *Irenica*
Hutteri, Sigovarti (contra Pareum) & Him-
meli; Item *præfatio Catechismi D. Polyc. Ly-*
feri & Hoën unvermeidliche Rettung / Nic.
Hunnii Consultatio part. I. C. XX. fol. 354. Dn.
D. Hülsemanni Calvinismus irreconciliabilis,
Dannhaueri Salve Reformat. fol. 592. ex Lu-
thero, Huttero, Mylio, Meisnero, Balduino, Pe-
largo, (adhuc orthodoxo) Heilbrunnero & c.
Dedekên. Vol. I. Cons. part. I. l. 3. sect. 1. 2. & 5. & in
Append. ad sect. 3. fol. 101. Ut taceam quos-
 dam ex ipsis Reformatis non modò diffi-
 cultatem sed & impossibilitatem hanc
 quadantenus agnoscere; optandam qui-
 dem sed vix sperandam, nec in seculo vel
 ante mundi finem obtinendam esse hanc
 pacem vid. *Davenant. im Bedencken pag. 6.*
VVendelinus in præf. Exercit. pag. 14.

II. Non de conciliatione aliqua vel pace

com-

communi, quam ipse *Lutherus* concedit
Tom. III. Jen. Germ. fol. 341. scribens: *Das
 wollen wir aber gerne thun/ Weltlich wollen wir
 mit ihnen eins sein/ das ist/ weltlichen Zeitlichen
 Frieden halten.*

III. Non de *fœdere arctiori*, quod negant
 (excepto summo necessitatis casu) *Per.
 Martyr in Loc. com. Gloss. 4. cap. 16. num. 23.
 Schönbornerus lib. 4. Polit. cap. 26. Alberi-
 aus lib. 6. de jure belli cap. 19. And. Gerhardus
 de Jur. publ. Arumaus dissert. 31.* quidam affir-
 mant: *Hunnus de pactis cap. 2. q. 4. Melchior
 Junius in qq. polit. q. 474. & alii.* Rectius
 ab orthodoxis Theologis distinguitur, qui
fœdus politicum, quod ratione *efficientis* non
 ex diffidentia erga DEUM oritur, ratione
finis detrimentum veritati non affert, nec
 ad defensionem vel propagationem ipsius
 Calvinismi spectat, cui ratione *formæ* alia
 pacta non contrariantur, quod fit ratione
finis ad depulsionem injuriæ, contra vim il-
 licitam contraunitè illatam, non rejici-
 unt. Non tamen facile eò progredien-
 dum putant, præsertim si religionis causâ
 opugnemur. Fundamentum enim no-
 strum est causa nostra; in hoc quia dissen-
 timus, eventus salutaris haud sperandus.
 Eandem etiam ob causam Helvetii ad fœ-
 dus Smalcaldicum non sunt admissi.

IV. Sed de concordia, pace & concilia-
 tione,

tionem, quæ in fide veritatem pro fundamento habet, quod cum desit, nihil solidi superstrui potest, ut mox patefceret.

§. 9.

Calvinianismus cum Lutheranismus & utriusque asseclæ Calviniani & Lutherani in fundamento fidei non consentiunt.

Consentire eos asserunt *Pareus in Iren.* c. 13. *Palatini in der treuherzigen Vermahnung.* *Anonymus in stabilim. Iren. cont. Himmel. Sachsen Bedencken von Kirchen & Frieden & Harmon. Evang. conc. LXII.* Sed rectius negat *Hutterus cont. Pareum pag. 80. Sigwartus cont. eund. lib. 2. cap. 2. Meisnerus in Colleg. Adia-phorist. disp. XIII. & in Disput. pecul. de hac materiâ.* Inprimis verò *Hunnus in diascepsi. Dannhaverus in salve Reformat. pag. 176. seq. Dedekennus lib. III. vol. 1. sect. 3. ex Dd. orthod. & sect. 4. de Lutheri ad castra Calvinianorum transitu.*

Quæstio autem est de fundamento fidei, non ratione decreti divini, nec ratione patefactionis in scriptura *Ephes. 11, 20.* sed ratione superstructionis *1. Cor. III. 10.* Idque ratione doctrina publica non privata, & applicationis, quæ fit per fidem propriam; quæ doctrina consideratur in articulis fidei non accessio-

cessoriis sed *fundamentalibus*, *secundariis* quidem respectu negationis, *primariis* vero ratione ipsius ignorantis. Probatio videatur apud *Hunnium* loco dicto, ubi etiam ad objectiones Calvinianas respondetur. Idem fit à *Müllero* in *pref. tract. Germ. de absoluto decreto*, ubi *XIX.* objectiones refellit & ab articulo de prædestinatione initium tentandæ pacis, cujus eventum DEO committit. fieri svadet.

Quamvis verò *Syncretismum* sive mutuam quoad discrepantias *tolerantiam* urgeant, *Pareus*, *Duraeus* & alii, negant tamen supracitati orthodoxi: I. ob falsum fundamentum, quod est fictitius in articulis fidei consensus. II. ob scripturæ prohibitionem a *Cor. VI, 14. 17.* confer *Apoc. III. vers. 15. seq.* III. ob experientię testimonium, unde constat majora ex *Syncretismo* damna fuisse orta.

De Anglicanis Ecclesiis & Duræi conatibus vid. *pref. Himmeli* in *Colleg. Iren. Hø* cont. *orac. Dodonæum*, cap. 1. & 26. & c. *Hulsemannus* cont. *Duræum*, *Hallum* & *asseclas*. Præterea *Dannhauerus* in *Mysterio Syncretismi*, in *Hodom. Calvin. Phantasm. II. fol. 684. seq.* & in *Salve Reform.* pag. 707. 707. ubi quæ de *Dialogismo* sive amicabile colloquio, *Disputatione* & *Elencho* orali, tanquam clave

pacis

pacis pag. 830. seq. habet, quæ Nic. Hannius de Disputatione scripta sive controversiarum elaboratione Collegiali invictâ & finali in *Consult. part. II. cap. 2. fol. 453. seq.* habet, & quæ nuperius de pace abstractivâ & hypotheticâ alii, remoris partium contradictionibus, assumpto unico principio tentandâ protulerunt, maturæ Collegiorum Theologicorum deliberationi, & partium, Ecclesiæ nempe Lutheranæ & Calvinianæ electioni & executioni, uti dudum commissa sunt, ita adhuc meritò committenda manent.

§. 10.

De Calvinismo sive Controversiis Calvinianis egerunt Theologi vel brevius vel prolixius.

Brevius : Heilbrunnerus in Synopsi Calvinismi, Osiander in Enchiridio, Menzerus in Exegesi Aug. Confessionis, Johannes Olearius senior in 200. Calvin. *Syrthumen/Hoë im Handbüchlein.* de XVII. Articulis, Gisenius in Luthero defenso, Idem in Calvinismo & Zwinglio-Calvinismo fugiendo, Himmelius in Calvinismo, Feuerbornius in qq. Calvinisticis &c.

Prolixius : VVigandus in Sacramentariismo, Schlüsselburgius in Catal. Hæretico,

rus.

rum & in librīs quatuor Theologiae Calvinistarum, ex CCXXIII. ipsorum sententiis congesta, Nigrinus in AntiCalvinismo, Theologi Electorales in Apologia Formula Concordia, in Wiederlegung des Strassburgerischen Buchs und in der treuherzigen Warnung für der Calvinischen Lehre VVirttembergens wider die Heydelberger in Examine, continuatione, promotione, conclusionē, victoriā & trophais & in Refutatione orthodoxi Consensus; Marpurgenses contra Castellanos, Mentzerus contra Sadeëlem, Hoë in oraculo Dodonæo, Jac. Martini & VVellerus contra Massonium, Scharffius contra Becmannum & in Collegiis Anti-Calvinianis, Dannhauerus in Hodomoriā Spiritus Calviniani & Salve Reformatorum.

Conferantur ea quæ sub finē *Hagoges Antipapistica* annotata fuere *Artic. XII. fol. 133.* & sub finem der treuherzigen Warnung für Cal. Religion. edita A. 1602. à Facult. Theol. Witteberg. fol. 97. seq.

Cum primis verò, quæ de controversiis Calvinianis in genere & in specie Theologi habent in Methodis, utpote *Gerhardus scilicet. IV. cap. 1. pag. 202. seq. Hulsemannus pag. 302. 424. & Calvinus in Padiā Theol. scilicet. II. artic. poster. cap. 4. can. III. fol. 269. seq.*

De



De *Colloquiis* cum Calvinianis institutis, diversis locis & temporibus, videatur Wiggandi Sacramentariismus sub finem, Osiandri Epitome Hist. Eccles. Forsterus de Conciliis, Micrælius lib. 3. Syntag. Hist. Eccles. fol. 453. Dannhauerus in *Salve Reformat.* fol. 867. seq.

Tantum de Parte generali.

ISAGOGES ANTICALVINISTICÆ

Pars posterior seu specialis.

DE CALVINISMO IN SPECIE,

Secundum Formulæ Concordiæ ductum,

Articulus præliminarius,

DE NORMA DOGMATUM.

S. I.

Concordiæ Formula Augustanam Confessionem invariantam explicans & ab adversariorum calumniis vindicans, Calvinismo est opposita, eidemque è latebris extrahendo opponenda.

C

De

De Augustanæ Confessionis per Formulam Concordiæ intentâ explicatione & Papatui factâ oppositione in *Isag. Anti-pap. fol. 27.* actum fuit, quæ etiam ex generali æquè ac speciali Concordiæ præfatione abundè innotescit. Quod verò Concordiæ Formula Calvinismo quoque sit opposita, patet :

I. Ex occasione, processu & causis tumscriptionem tum publicationem Libri Concordiæ suadentibus imò urgentibus, ut & calumniis & cavillationibus eundem vellicantibus expositis & explosis à Gesnero *Disp. I. in Lib. Conc. pag. 4. seq. & Hürtero in explic. & prolegomenis cap. II. pag. 6. seq.*

II. Ex præfatione Libri Cōcordiæ tum generali, quâ de causis, processu & fine operis, adversariorumque calumniis prolixè agitur, tum speciali, ubi mentio fit Theologorum, qui in præcipuis quibusdam & magni momenti articulis à doctrinâ August. Confessionis discesserunt, veramque illius sententiâ aut nō assecuti sunt, aut certè non constanter retinuerunt, quidam etiam alienâ sententiâ affingere conati sunt, qui nihilominus tamen Aug. se Confessionem amplecti simulârunt, & ex eâ quasi gloriantes de ejus professione, prætextus quæsiuerunt. Ex quâ re gravia admodum & perniciosâ

Nicola in reformatis Ecclesiis dissidia
funtorta. pag. 630.

III. Ex articulo preliminaris de Normâ,
N. III. pag. 571. 633. ubi non tantum Papatu
sed & aliis sectis & hæresibus declaratio fi-
dei opponitur.

IV. Ex subscriptionis & approbationis
Formulæ concordie à Calvinianis facta re-
cusatione, de quâ vid. *Hutterus in Conc. Con-*
corde, Rodolphi Hospiniani Conc. discordi oppositâ
cap. XXXII. XXXV. pag. 928. 935, edit. in oct. v.

V. Ex oppositis scriptis, censuris, animad-
versionibus, judiciis, admonitionibus, ut
& libellis five carminibus famosis aut Pas-
quillis, convitiis, sophismatis, scomatis,
diceriis, quibus *Beza, Neostader, ses, Bremen-*
ses, Anhaltini, librum Concordiæ in lucem
editum excipere voluerunt, de quibus *Hut-*
terus l. d. cap. XXXI. XXXVII. XLI. XLIV. pag.
837. 958. 976. 1033. Hunnius in diascepsi pag. 323.
Dannhauerus in Salve Refor. ex Hornbeck, fol.
623.

VI. Ex *Apologia* libri Concordiæ, jussu
Principum Electorum eidem addictorum
per DDD. Timotheum Kirchnerum, Nico-
laum Selneckerum, & Martinum Chemni-
cium conscriptæ, & Theologis Academia-
rum VVitebergensis, Lipsiensis. Rostochi-
ensis &c. ad censendum, ante publicatio-

nem exhibita, *editione*; de cuius Analyfi, intentione, contentis & consequentibus vid. *Hutterus in Conc. Conc. c. XLI. XLV. p. 978. 979.* additis iis quæ *Osiander in Epit. Hist. Eccles. cent. XVI. Miscralius in System. Hist. Eccles. Lib. III. q. XLV. pag. 336. seq. Joh. Kromayerus in Epit. & Indic. pag. 469. & seq. habent.*

VII. Ex subsequenti *articulorum* Formæ Conc. in thesi & antithesi *consideratione*,

§. 2.

Quæstio 5. status controversiæ est de Iudice authentico & directivo, de Normâ & regulâ totali, perfectâ, adæquatâ & solitariâ, prout quidem Formula Concordiæ conjungit, distinctionem tamen & accuratam explicationem non tollit.

Quibus modis Iudex & normâ distinguantur, in scholis Theologorum explicentur, & de Scripturâ sacrâ prædicentur, in *Isagog. Antipapist. pag. 30. & 31.* dictum fuit; nunc paucis repetendum est, non quæri hîc de Iudice ministeriali discretivo, qui ipsa Ecclesia ejusque membra. Estque publicum generalis quodammodo Concilium. *Specialis* quilibet Doctor legitime vocatus (ut doceat

ceat vel Ecclesiam particularem vel ipsos
Ecclesie ministros tū verbotum scripto)
privatus verò quilibet Christianus. (Quan-
do enim privatus scriptum aliquod publi-
cat, non hoc est publicum iudicium, sed
tantum privati publicè facta confessio.)

Sed de iudice *authentico* qui vel *absolutus* :
ipse Spiritus S., vel *directivus* : Scriptura sa-
era, ut vox iudicis principalis, & norma
iudicis ministerialis, ut ita utrumq; tam Ju-
dicis quàm normæ axioma seu officium, scri-
pturæ suo modo, tribui & assignari possit.

S. 3.

**Thesis orthodoxa est: Sola Scri-
ptura sacra est unica, totalis, perfe-
cta & adæquata dogmatum nor-
ma, regula & Iudex directivus.**

Thesin hanc non modò aliquoties pro-
ponit *Formula Concordiæ*, sed etiam probat &
asserit pag. 570, 572, 632, 880. cui suffragantur
Theologi non modò Lutherani sed & Cal-
viniani in *Isag. anupap. p. 32. allegati*, (qui-
bus addi potest *Vindelinius in proleg. pag. 10.*
& *Maresius in stricturis Sigal.* ubi ait : con-
venire Reformatos cum Lutheranis in fide
unius credendi regulæ, quæ sit sola scriptu-
ra *debetur* (S.) adeò ut nobiscum agno-
scant

C 3

icant

Sciant Sacram Scripturam esse verbum Dei, perfectam fidei Religionis normam, infalibilem veritatem &c. atque hoc adversus Pontificios quasi pro aris & focis pugnent, farente *Hunnio an. diaecephs pag. 541.* qui hic sinceritatem eorum in dubium vocare non vult; sed paulò post propriis Calvinianorum enunciatis evincit, ipsos quod unâ manu nobis largiuntur, hoc alterâ rursus eripere, & suâ doctrinâ talem scripturam proponere, cui ratiò confidere non liceat, & cujus veritas nobis perpetuò sit suspecta, sicque fundamentum fidei organicum Sacram Scripturam si non evertere, tamen fidei generandæ inutilem reddere & ineptam.

S. 4.

Antithesis Calviniana est: Scriptura Sacra non est norma controversiarum sola & unica, ad quam ceu ad Lydium lapidem omnia dogmata exigenda sunt & judicanda, nec Judex directivus; sed & Ratio verbi divini est Magistra, Domina, Judex: Veritatis cœlestis norma, Principium & causa.

Antithesin hanc sovent Calviniani tum
expres-

expressè, quando Rationem normam vocant licet secundariam: *Vedelius lib. 3. Rational. Theol. cap. 6.* quam assertionem laudat *Massonius part. 1. pag. 370. Conf. Gryneus disp. Theol. de hom. ortu & statu innocent. th. 28. Piscator ad Luc. XXIV. doct. 7. p. 327. Massonius part. 1. p. 425. Bisterfeld in AntiCrell. pref. ad lect. p. 7.* Rationi deberi iudicium de controversiis Theologicis non solum iis, quæ de rebus aliquo modo naturam notis sunt, sed etiam planè mysticis, asserit *Vedelius lib. 3. Ration. Theol. cap. 7. conf. Ursinus in explic. Catech. de S. Cœnâ pag. 160. Alstedius in Supplem. Panstrat. Chamieriana cap. V. num. 4. pag. 13.*

Tum consequenter, Verbi divini appellatione, non solum Prophetica & Apostolica utriusque Testamenti scripta, sed omnem methodum, omnes rationes & suggestiones, tam externas quàm internas, quibus homines in cognitionem Dei pertrahi possunt censendo, Iudicium rationis claris & perspicuis Scripturæ verbis præferendo, Scripturæ sacre vocem Iudicis in decidendis fidei controversiis negando, uti probat ex Calvinianorum verbis & locis allegatis. *Gerhardus Tom. I. Disp. VI. de gloria DEI th. 10. 12. 13. in Exeg. Tom. 1. §. 470. Tom. V. Loc. com. de S. Cœnâ §. 79. Himmelius in Colleg. Iren. ant.*

zith. 4. *Mentzerus in Collat. Aug. Conf. art. de
Cœn. a. G. Senius de Zwinglio Calvinismo fugi-
endo Dis. II. th. 25. seq. Balth. Mesnerus Disp.
pecul. de Calvinis. fug. ob principium ejus incer-
tum quod est rationis speculatio Facult. Theol.
VVieb. in der Treenherzigen Warnung) p. 77. 78.
Dannhauerus in Hodom. Calvin. Phant. l. fol.
36. seq. Musæus de usu principiorum contra Ve-
delium per locum.*

Quid Calvinianorum argumentis & ob-
jectionibus respondendum sit, videatur a-
pud *Jac. Martini in Disp. de princip. fidei cont.
Calvin. VVellerum cont. Massonium Disp. IV. §.
9. Dannhauerum & Musæum l. d.*

ARTICULUS I.

De Peccato Originis.

§. I.

Articulus hic uti Manichæorum
cum primis & Pelagianorum: ita
Zwinglii, Calvini & sociorum
quoque erroribus meritò oppo-
nitur.

Sanè Manichæorum & Pelagianorum
dogmata nominatenus rejicit *Form. Conc.
pag. 575. 576. 641. seq. sed non veterum modò,
verum*

verum etiam recentiorum, quos inter tum Flacianos tum Papanos sive Pontificios esse in *Isag. Antipap. pag. 76. 77.* indicatum fuit.

Quamvis itaque cum Manichæis & Flacianis in excessu circa hunc articulum errantibus nihil commercii habere velint Calviniani, Pelagianis tamen sive Pelagianizantibus in defectu errantibus, si non omnes, plerique tamen propius accedunt, dum: I. Peccatum originis verè & proprie peccatum esse negant, *Zwinglius* (& qui eum sequuntur) in *Confess. A. 1530. edita & Carolo V. Imp. oblata art. 4. in comm. Rom. 5. & in Epist. ad Urban. Reg. quem frustra excusare conatur. Wtakerus lib. 1. de pecc. orig.* II. Peccatum originale naturaliter propagari à parentibus in liberos negat *Joh. Calvinus* in *Genes. cap. 3.* III. Animam hominis, quæ primaria peccati originalis sedes est, uti corpus à parentibus propagari negant, imediatè à Deo creari & corpori jam in utero matris formato infundi contendunt cum Jesuitis eorumque asseclis. IV. Negatà verà animæ & in eâ peccati propagatione, ulterius progrediuntur, & infantes Christianorum fideliùm nasci sanctos statuunt & asserunt. *Calvinus l. 4. Instir. c. 15. sect. ult. c. 16. sect. 24. Beza in Creoph. fol. 167. in 99. 124. 126.*



& part. 2. Resp. ad Acta Colloq. Momp. pag. 101.
 102. 206. Martyr in Gen. pag. 69. & 1. Corinth. 7.
 Hemmingius in Syntag. pag. 23. V. Dispositio-
 nem quandam ad pravam temperiem, non
 ipsum peccatum propagari statuunt, Kecker-
 manns lib. 2. Syst. Theol. cap. 5. pag. 257. 258.
 VI. Peccatum originis privationem potius
 quam corruptionem esse dicunt, Wendeli-
 nus in Theol. Christian. VII. Deum Peccati
 (in genere adeoque originalis & actualis)
 authorem & causam faciunt, eoque ipso
 Valentinianis, Marcionitis & Manichæis
 accedunt, ut inferius patecet.

§. 2.

Thesis orthodoxa est: Peccati
 (originalis & actualis) causa, crea-
 tor vel author non est DEUS, sed in-
 stinctu, operâ & machinationibus
 Satanæ per unum hominem pec-
 catum (quod est Diaboli opus) in
 mundum intravit; & hodie etiam
 in hâc naturæ corruptione, DEUS
 non creat aut facit in nobis pecca-
 tum: sed unâ cum naturâ, quam
 DEUS etiamnum in hominibus
 creat

creat & efficit, peccatum originale
per carnalem conceptionem & na-
tivitatem à patre & matre (ex limi-
ne per peccatum corrupto) propa-
gatur.

Sunt clara & perspicua *Form. Conc.* ver-
ba in *Declarat. pag. 639.* quibus:

1. Repetit & extra controversiam posi-
tum esse dicit, quod *XIX. Articulus Aug.*
Conf. habet, nempe, quod tametsi DEUS
creat & conservat naturam, tamen causa
peccati sit voluntas malorum, vid. Diaboli
& impiorum &c.

2. Declarat non modò articulum istum,
sed & sua ipsius verba in *Eptome p. 573. 574.*
posita, & à sinistro sensu liberat, ubi ait:
Deus non modò Adami & Evæ corpus ante
lapsum, verum etiam corpora & animas
nostras post lapsum creavit, etsi hæc jam
sunt corrupta. Et sanè hodiè Dominus
animas & corpora nostra creaturas & opus
suum esse agnoscit (*Act. 17. Job. 10. Psalm. 100.*
Eccles. 12.) Peccatum autem originale non
creavit. Originale peccatum non est à
DEO, neque Deus est creator vel autor pec-
cati: nec originale peccatum est opus aut
creatura Dei: sed est opus Diaboli. *pag. 647.*

3. Al-

3. Allegat in margine scripturæ loca *Rom. V. 12. I. Job. III, 8.* quibus thesin suam solidè adstruit.

4. Primam peccati originem in primis parentibus & omnibus eorum posteris, non Deo ejusque decreto vel executioni, sed Diabolo & homini consentienti tribuit. Quod natura hominis corrupta est, hoc originaliter & principaliter est opus Satana; qui per peccatum opus DEI in Adamo miserabiliter corrumpit: quæ natura depravatio inde in nos hæreditariò derivata est. pag. 648.

5. Peccati originalis (unde omnia actualia velut ex radice surculi, folia, flores & fructus propullulant) propagationem, nõ Deo & naturæ à Deo creatæ, sed carnali conceptioni & nativitati, à patre & matre, ex semine per peccatum corrupto, adscribit.

6. Peccatum in animas non à Deo creatas & in corpora infusas, sed congenatas per ipsam generationem derivari inquit.

Hanc Thesin quoad peccati causam & propagationem pluribus exponunt & stabilunt orthodoxi in Compendiis & institutionibus: *Heerbrandus, Hasenrefferus, Hutterus, Dietericus*; in Locis: *Chemnicus, Hutterus, Gerhardus, Matthie*; in Exegetis & commentariis Aug. Confessionis: & Form. Conc.

Conc. Menzerus, Lobeckius, Mylius, Gesnerus, Huterus; in Systematibus Brochmandus, Höpferus, Calovius; in Disputationibus: Giessenses, Marpurgenses, Vitebergenses, Meissnerus, in Anthropol. Hulfemannus, Himmelius & Gisenius in Calvinismo & Zwingliano-Calvinismo, Jac. Marini de causâ peccati; in Commentariis Genes. 3. Polyc. Lyserus, Gesnerus, Pelargus (adhuc orthodoxus) Rungius &c.

§. 3.

Antithesis Calviniana est: Deus & peccati primi ac orti autor, & animæ peccato originali inficiendæ creator est.

Deum peccati causam & autorem esse sententiis (non ut cavillatur Chamierus Tom. 2. par. strat. Cathol. lib. 3. c. 1. hinc inde truncatis, contortis, perversis, mendicatis sed) claris, liquidis, cohærentibus, consequenter, harmonicè & cõstanter fluentibus afferunt: Zwinglius Tom. I. fol. 364. Gl. de prov. cap. 5. Calvinus lib. 1. institut. cap. 18. num. 1. Martyr in Rom. 1. pag. 63. Beza, Zanchius, Piscator &c. quorum sententias collegere Egid. Hunnius lib. de provid. pag. 41. seq. Huterus in Irenic. pag. 26. & 275. Sigwartus in admonit. de Irenic. Paris pag. 326. 343. Dahn-
hanc



hauerus in Hodom. Calvin. Phanz. IV. pag. 928. seq. Menzerus in Exeg. Aug. Conf. art. XIX. p. 796. seq. Schaffmannus de causa peccati. Hafnerfferus in Locis pag. 228. Eckhardus in Fascic. pag. 211. Meisnerus Disp. 4. q. 2. Hunnius in Diascepsi p. 480. seq. Gerhardus de pecc. orig. §. 15. Brochmandus cap. IV. q. 2. &c.

Licet verò horrenda crassiorum emblemata & blasphemias de Dei ad lapsum Adæ vel alia peccata concursu ab æterno & in tempore facto, decernendo, petendo, agendo, impellendo, ordinando &c. subtiliores Calviniani approbare non audeant; dogmata tamen ipsum salvis suis de absoluta gratiâ, decreto, necessitate &c. hypothefibus rejicere nequeunt. Dicunt enim Deum permisiffisse, sed permissionem illam sic explicant, quod gratiâ ad vitandum peccatum necessaria Adamo & aliis ablata sit, ut: *Ursinus, Pareus, Bertius vid. Corvinus in Conf. Anar. cap. VI. pag. 99. Item quod permissio cum voluntate efficaci conjuncta sit, ut: Pareus, Molinaeus, Wendelinus.*

De quorum effugiis quid sentiendum quidque objectionibus respondendum sit vid. *Menzerus, Eckhardus, Schaffmannus, Meisnerus, Gerhardus, & cum primis Danno hauerus loc. cit. pag. 958. 1003. seq.*

Deum animas peccato inficiendas creare &c

re & infundere præter paucos traducem approbantes (*Timoth. Brigham in animadv. in Scribon. pag. 18. & Georg. Sohnium Tom. II. p. 563.*) utet quosdam emoxis amatores (*Musculum, Piscatorem*) propugnant, *Martyr in Locis & Rom. V pag. 301. Pareus ibid. pag. 136. Bezavol. 1. fol. 667. Gryneus part. 2. Theol. disp. pag. 164. Polanus Tom. I. lib. V. cap. 32. p. 2081. Trelocarius in Locis pag. 277. Aretius part. 2. problem. pag. 310. Bucanus in Instit. pag. 59. 92. 94. 96. Keckermannus in System. Theol. pag. 257. Alstedius in summ. Cas. consc. pag. 29. Voëtius part. 1. Select. disp. pag. 797. 817. &c.*

Ubi non quaritur: An distinctè anima & corpus vel patris vel matris animam aut corpus, aut alterutrius particulam in sobole producat? Sed: Annon totus homo quando in generatione mas & fœmina, per conjunctionem conjugalem ut una caro censentur, speciem suam sicut alia viventia *Genes. I. vers. 21. 24. 25.* vi similis benedictionis divinæ *vers. 28.* propaget, atque totum hominem animâ & corpore constantem generet, quæ ipsa generatio propriè in conceptione fiat, & sic ipsa totius naturæ corruptio & inclinatio ad omnia peccata, quæ verum verèque dictum peccatum est, ex conditione ipsius naturæ ab Adamo orta, non personalis, sed naturalis & universalis



ialis, (excepto solo Christo) per generationem totius hominis corpore & animâ costans, à parentibus in posteros propagetur & ita connascatur?

Affirmant Lutherani, negant verò Calviniani cum Jesuitis & complicibus, sicque peccati originalis propagationem, salvâ DEL sanctitate & justitiâ, defendere non possunt. Vid. *Mentzerus contra Eilsheimium Disp. 3. & in admonit. novâ continuatâ contra Martinium th. 274. Gerhardus Tom. III. Loc. de Imag. DEL. §. 128. Hasenrefferus in Locis pag. 195. cum primis v. Dannhauerns in Hodosoph. Phanom. V. pag. 284. & in Hodom. Calvin. pag. 1063. Thummius de traduce, & eodem Sperlingius pag. 82. 104.*

ARTICULUS I I.

De Libero Arbitrio.

§. I.

Quantumvis Synergistis cum primis quoad statum post lapsum oppositus sit, plures tamen recitat & repudiat hic Articulus errores, quibus ex parte Calviniani quoque favent,

Pre-



Præterquam enim quod: I. *Beza* Synergistis accedit, dum homines gratiæ divinæ *αὐτοπροαίτιοι* ait in *quæst. & resp. lib. 1. fol. 62.* *Amlingus* in *Epist. ad Consil. Anhalt.* voluntatis assensum partem sive causam conversionis constituit. vid. *Himmelius* in *Calvinopapismo pag. 1. cap. 6.* II. *Calvinus* vires liberi arbitrii in Adamo etiam ante lapsum impugnat *lib. 3. Instit. cap. 23. num. 7.* vid. *Dannbauerus* *Hodom. Calv. Phant. V. fol. 1053.* III. *Nicasius à Schure* simpliciter in omnibus atque in ipso etiam statu integro liberi arbitrium homini denegat. vid. *Sigwartus cont. Pareum lib. 3. cap. 3. art. II. pag. 329.* IV. *Pareus* liberi arbitrium, non in quantum est potentia sed actus, amissum statuit. vid. *Meisnerus Disp. Anthrop. XXI. q. 5. th. 40. 41.* V. *Vendlinus* crudè libero arbitrio post lapsum tantum morale malum adsignat, & quicquid in gentilibus civiliter boni, speciali gratiæ tribuit *Theol. Christian. pag. 218.*

Stoicorum & Manichæorum furor à *Form. Conc.* ante omnia rejectus est, qui asseruerunt: omnia quæ fiunt, necessariò fieri, hominem coactum omnia facere, voluntatè etiam in externis operibus, nullam omnino libertatem habere, ad mala opera violenter cogi &c. *pag. 580. 677.* A quibus as-

D

ser-

sertionibus non abhorrēt Sacramentariū
& Calviniani, docentes:

I. Immutabili DEI decreto & necessa-
riō omnia fieri, voluntatem DEI esse justifi-
simam, omnium rerum causam & præsci-
entiam DEI esse causam rerum præscitariū,
nihil posse fieri, nisi quod DEUS decrevit,
respectu causæ primæ contingentiæ quoq;
necessariō esse. quæ homines vel angeli a-
gunt, necessariō agere, quoniam DEUS hoc
fieri suā providentiā decrevit, futura ad
primam causam & præscientiam Dei com-
parata esse necessaria. vid. *Calvinus lib. 2. In-
stit. cap. 3. l. 3. cap. 23. sect. 6. l. 5. cap. 16. & 17.
Beza vol. 1. Theol. pag. 417. & Resp. 2. ad Colloq.
Mompelg. pag. 252. seq. Piscator in resp. ad Com.
Vorstium passim. Bucannus Loc. XIV. pag. 136.
seq. Rennecher in aur. salut. catenâ pag. 28. 29.
32. Spindler im nöstigen Bericht pag. 167. 168.
181. 183. 191. Zanchius de nat. DEI, lib. V. cap. 1.
9. 4. th. 2. pag. 554. lib. 3. cap. 2. 9. 5. pag. 249.
Perkinsus de prædestin. pag. 59.*

II. Homines cogi, impelli, moveri, in-
citari à Deo ad peccandum: *Zwingleus lib.
de provid. cap. 6. Tom. I. fol. 365, seq. Calvinus
lib. 1. Instit. cap. 18. §. 4. Beza resp. 2. ad Acta
Coll. Momp. pag. 175. Zanchius de Nat. DEI
lib. 5. cap. 2. pag. 3. de Reprob. pag. 670. col. b. in
Miscellan. pag. 142. 146. Martyr in Epist. Rom.
cap.*

cap. 5. *Rennecher in Car. salut. pag. 32. Spindler in not. Bericht / fol. 189. 426. 451. Piscator pref. Disp. de prædest. pag. 8.*

III. Deum in conversione vim afferere homini, cui homo resistere non possit, unde appellatur vis irresistibilis *Job. Piscator cont. Vorst. Hominem quando convertitur, irresistibiliter converti Embdani in Judic. Ext. in Act. Syn. Dordrac. p. 756. (vid. Hunnius in Diasceps. pag. 389. 583.)* Voluntatis ad conversionem & fidem efficacem flexionem & inclinationem fieri irresistibiliter, *Hassiac in Judic. Exter. pag. 699.* Non abesse à blasphemiâ qui dicit: possumus Deo resistere, cum vult nos gratiâ suâ convertere, *Geldrici in Judic. provinc. p. 261. Pareus hanc gratiam irresistibilem, argumentis probare nititur in scripto ad Synodum p. 316. & c. Conf. Martyr in lib. Judic. cap. IX. fol. 120. b. Amosius in Bellarmino enervato T. IV. pag. 87.*

§. 2.

Thesis orthodoxa est: Liberum arbitrium sive libertas voluntatis humanæ in spiritualibus deperdita, in naturalibus & moralibus hebetata, per divinam præscientiam &

D 2

pro-

providentiam non tollitur, sed in motibus suis relinquitur, adeò ut eodẽm liberè exercere & in ipsa conversione resistere possit.

Fundamenta thesco ex verbo Dei deducta habentur: In *Aug. Conf. art. XLIX.* ubi docetur, quod humana voluntas habeat aliquam libertatem ad efficiendam civilem justitiam & deligendas res rationi subjectas, sed non habeat vim sine Spiritu Sancto efficiendæ justitiæ Dei, id quod verbis *Augustini* (vel, quisquis est, antiqui authoris) *ex lib. 3. Hypognost.* declaratur. II. In eisdem articuli *Apologia pag. 218.* quæ ait: Nò adimimus humanæ voluntati libertatem in operibus & rebus deligendis, quas ratio per se comprehendit. III. In *Formula Concordiæ* ejusque solidâ *declaratione p. 669.* quæ expressè rejicit abufum doctrinæ de impotentia & malitiâ naturalis liberi arbitrii, in iis qui dicunt se expectaturos, donec à Deo violenter & contra suam ipsorũ voluntatem convertantur *pag. 673.* ait; Dominus hominem non cogit ut convertatur: qui enim semper Spiritui Sancto resistunt, & veritati agnitæ perseverantes repugnant, quod Sanctus Stephanus induratis Judæis

eribuit, hi non convertuntur. pag. 679. qui operationi & motibus Spiritus S., quæ per verbum fiunt, contumaciter & perseveranter repugnant, non accipiunt sed contristant & amittunt Spiritum sanctum.

Summa: Deus res creatas sic administrat, ut eas proprios motus agere sinat secundum celebre *S. Augustini* Apophtegma; & nisi homines possent arbitrato suo turpia fugere & honesta sectari, extra culpam foret, quicquid agerent, ut *Justinus Martyr* ait. Quare voluntati humanæ in externis libertas non auferitur, nec divina Præscientia vel providentia libero arbitrio vim infert aut necessitatem imponit, sed libera homini potestas in naturalibus, externis, civilibus & moralibus est relicta, uti pluribus docent orthodoxi in Compendiis & Locis de providentiâ & libero arbitrio *Huttenus, Hasenrefferus, Chemnitius, Meisnerus, Gerhardus, Carpzovius, Brochmandus in System. Tom. I. art. 10. Et 12. Gilenius in Calvinismo Disp. XIX. th. 31. seq. Eckhardus in Fascic. cap. IX. pag. 201. Dannhauerus in Hodom. Calvin. Phant. III. fol. 786. 855. 864. in Exegetis & Commentariis Aug. Conf. art. XIII. Menzerus, Mylius, Lobeckius &c.*

Quod verò homo divinæ gratiæ resistere eandem à se repellere & conversionem suam

D 3

impe-

impedire possit, scriptura dictis, exemplis, idoneisque argumentis prolixè probatum dedere: *Brochmandus Tom. I. System. art. XII. de Grat. Dei cap. 1. f. VII. pag. 559. Müllerus in absol. decr. cap. VIII. pag. 478. seq. Conf. Mentzerus Disp. II. cont. Syn. Dordrac. th. 102. Meinerus Anthrop. Disp. XI. th. 32. Hulsemannus de grat. conv. Disp. I. cap. 2. th. 22. & 23. Disp. III. pag. 3. & 7. Gerhardus de Lib. arbit. §. 93. 131. 135. Dannhauerus Hodom. Calvin. Phant. IX. fol. 1958. seq.*

§. 3.

Antithesis Calviniana est: Cum præscientia & providentia divina rebus omnibus necessitatem imponat, omniaque infallibili & immutabili necessitate fiant, Liberum arbitrium cum eadem non pugnat, sed tantum cum vi & coactione, & in eo consistit, quod non coactè agat, gratiæ verò divinæ conversionem & salutem operanti resistere nequit.

Ita quoad *absolutam* & fatalem, inevitabilem & *includibilem necessitatem* præter

ter



ter superius allegata docent: *Calvinus lib. 2. Instit. cap. 2. §. 6. Zanchius Disp. de provid. th. 7. Piscator volum. 1. Disp. de prof. vid. th. 105. 109. 110. Hyperius de method. Theo. pag. 256. Solnius in Disp. Hlidelb. XIII. th. 8. 9. Polanus in partit. p. 36. Keckermannus in System. Theol. pag. 144. Andreas VVillerus de grat. & lib. arbit. cont. Bellarm. pag. 299. seq. Chamierus in Panstrat. Cathol. Tom. III. lib. 2. cap. 1.*

Quoad liberi arbitrii coarctationē five evan-
cnationem *Calvinus loc. cit. Bucerus in lib. de
Concord. doct. Scarpus Tom. Acurf. Theol. L. de
lib. arbit. pag. 277. seq. & c.*

Quoad gratiæ divinæ irresistibilitatem, su-
perius allegati §. 1. num. III. ubi quæstio est
non: an Deus per absolutam omnipoten-
tiam agens agat irresistibiliter? nec an de-
tur quidam gradus gratiæ (nempe ultimus
perseverantis) quem infallibiliter salus
sequatur? Sed: Annon DEO salutarem
conversionem, gradatim per media & or-
dinatē operanti, homo per morosam & af-
fectatam naturalis repugnantia continu-
ationem vel novam repugnantiam, resistere,
& ita effectum, ad quem producendum,
gratia DEI in se & ex ipsius intentione suf-
ficientē efficaciam habuit, impedire possit?

Errores Calvinianorum hâc in parte spe-
ciales vid. apud *Mentzerum & Hulsemannum
loc. cit. D4. Quid*

Quid verò Calvinianorum argumentis & objectionibus, quibus errorem palliare, veritatē obscurare & opprimere nituntur, ad earundem resolutionem respondendum sit, videatur apud *Hulsemannum l. d. Eckhardum in Fascic. pag. 204. Gerhardum Tom. II. Loc. de provid. §. 43. seq. Brochmandum in System. Tom. I. pag. 530. seq. ibid. pag. 358. seq. ibid. pag. 614. 615. Müllerum in absol. decr. cap. VIII. pag. 500. ad. 543. Dannhauerum in Hodom. Calvin. Phant. III. fol. 762. 786. 801. 878. 905. seq. Phant. V. f. 1053. seq. Phant. IX. f. 1967. seq.*

ARTICULUS III.

De Justitiâ Fidei coram DEO.

§. I.

Concordiæ Formula statum quaestionis contra Osiandristas & Starcaristas in hoc articulo sic format, ut justitiam & salutem, per solam in Christum fidem, ad normam Verbi divini & sententiam Aug. Confessionis, ratione nominis & rei asserat, eoq; ipso sibi contrarios Calvinianorum errores rejiciat.

Quod

Quod nomen sive appellationem aut vocabula in hoc articulo concernit, nempe justificationem & saluationem, sive $\pi\acute{o}$ justificari & saluari, licet suo modo distincta sint, & distinctos articulos denotent. p. 695. Concordiæ tamen Formula: I. Coniungit p. 583. II. explicat p. 586. 685. III. à regeneratione, vivificatione, sanctificatione & renovatione discernit p. 686. IV. ut falsum & erroneū rejicit, cū docetur, hominem alio modo, seu per aliud aliquid saluari, quam per id, quo coram DEO justificatur. p. 694.

Errant itaque Calviniani, dum:

- I. Justificationem, à Salvatione realiter distinctam faciunt, ut *Joh. Piscator & Neomarpurgenses*, vid. *Himmelius Disp. II. de Justific. Calvinianis oppositâ A. 1617. th. 8.*
- II. Justificationem cum Sanctificatione confundunt ut: *Zwinglius, Cuneus*, vid. *Himmelius in Calvino-Papismo pag. 1. cap. 6.*
- III. Legalem & incoatam operum justitiam in articulum Justificationis & Salvationis imiscent, vid. *Himmelius l. d. c. 4. p. 63. Mentzerus in Exeg. A. C. art. IV. num. 6. f. 6.*
- IV. Ethnicos etiam salvatos statuunt, indeque diversas methodos fingunt, ut *Zwinglius, Gualtherus*, vid. *Hutterus in Iren. pag. 255. Gerhardus Disp. VI. de glor. Dei th. 25. & in Exeg. Loc. III. §. 81.*

V. Justificationem primam & secundam perfectiorem ponunt, dicendo: infantes alienâ fide (vid. *Himmelius l. d. Harm. 2. Eckhardus in Fascic. cap. XVII. q. 3. fol. 490. Mentzerus in Exeg. art. IV. f. 6. n. 4. Dannhauerus in Hodom. Phant. V. S. 6. fol. 1059. Phant. X. S. 4. fol. 3227.*) vel certè sine actuali fide (ut *Sohnius, Zepperus*) vel inclinatione ad fidem (ut *Wendelinus Lib. I. Theol. cap. 12. fol. 360. Saxo Harm. Evang. conc. CXC. fol. 1269.*) in gratiam recipi: qui utique dein actuali fide, aut fidei exercitio, alio & perfectiori modo, justificabuntur.

Rem ipsam quod attinet, per causas eandem exponit Formula, de quibus ordine & breviter per orthodoxam thesin & Calvinianam antithesin agendum erit.

§. 2.

Justificationis causa principalis efficiens est sacrosancta Trinitas, non per modum essentiaë, sed ut unum agendi principium, servato tamen personarum ordine considerata, & per voluntatem à misericordiâ determinatam, in externum
obje-

objectum, per actum externum se
se exlerens.

Ad justificationem requiruntur atque
necessaria sunt: Gratia Dei, meritū Christi
& fides, quæ Dei beneficia in promissione
Evangelii amplectitur, inquit *liber Concor-*
diæ pag. 687. quo ipso tamen distinctam cau-
saram justificationis considerationem non
negat, quarum alia est efficiens, alia mate-
rialis, alia formalis &c.

Efficiens principalis est ipse DEUS Trin-
unus, ratione misericordiæ suæ per illam
agens *Rom. IV, 5. cap. VIII, 33.* quæ ipsa mi-
sericordia, sive gratia justificans, impro-
priè dicitur impulsiva interna. cum impul-
siva sit, quæ principalem impellit & hoc lo-
co Deum ad misericordiam movit; unde
impulsiva externa seu irritans, à quibusdā
dicitur humani generis miseria, à quibusdā
Christi meritum, de quo *Inf. §. 5.*

Errant proinde Calviniani incommode
loquendo v. g. I. esse tres causas principa-
les & socias salutis ut *Piscator.* II. esse tres
justificantes & tres autores justificationis,
ut *Keckermannus.* III. & è contrario Filium
Dei esse causam instrumentalem nempe
ministerium ut *Idem.* IV. Christum esse *συν-*

εργον



εγγον Justificationis ut *Bucanus*, vid. *Mentzerus* in *Exeg. A. C. art. 1. s. 7. num. 6.*

Sic de gratiâ justificante errant:

I. Satisfactionem non simpliciter ad eam necessariam fuisse adserentes, ut *Calvinus*, *Musculus*, vid. *Himmelius* in *Disp. de Justif. d. 13.*

II. Gratiam absolutissimam in electionis decreto fingentes, quæ vel eadem in justificatione constituenda, vel gratia salutem decernens à conferente planè diversa erit.

III. Gratiam illam ad certum genus hominum, juxta absolutû decretum, restringentes, & universales gratiæ promissiones limitantes. vid. *Mentzerus* in *Exeg. art. IV. s. 6. num. 1.*

§. 3.

Instrumentalis causa justificationis, sive medium & instrumentum (recipiens potius quàm agens) est fides, Christum Salvatorem & in Christo Justitiam, quæ coram judicio DEI consistere potest, apprehendens, cum impoenitentiâ & peccatis contra conscientiam minimè consistens.

Id

Id quod multoties profitetur, explicat, & confirmat *Formula Concordiæ* in thesi five affirmativâ pag. 584. 585. 586. 684. 689. 691. in antithesi (ex *Aug. conf. art. XII. fol. 13. & Aric. Smalcald. Art. IV. p. 328.*) p. 587. 591. 688. 698. 705.

Fides itaque non ut notitia, assensus, vel fiducia habitus est, sed ratione illius solius actus, à Spiritu sancto per verbum & sacramenta donati, quo Christi meritum recipit, qui etiam in ratione non utentibus esse & contineri potest, justificat instrumentaliter.

Quando verò sumitur pro ipso objecto fidei seu re creditâ, & sic in hoc ipso justificationis articulo, pro merito Christi, justificat meritorie.

Objectum verò fidei ratione notitiæ & assensus est omne ac solum DEI verbum; primariû verò sunt fidei capita, quæ articuli dicuntur; qui vel sunt fundamentales, quorum ignorantia, vel principales quorum negatio, vel secundarii quorum contentiosa pertinax & schismatica impugnatio & digladiatio damnat.

Objectum fidei ratione fiducia est in genere Dei misericordia & quævis gratia ratione fiducia justificantis; & quidem hoc objectum est vel generale, universalis DEI misericordie.

miseriordia in Filio omnibus oblata vel speciale, quod meriti applicatio ut fructus credentes concernens *Mar. XVI, 16.* vel proprium, Christus nempe, pro illo ipso qui credit, mortuus *Gal. I, 20. Rom. VIII, 34.* Summa: objectum fiducia Evangelicæ primum sunt promissiones Evangelicæ universales, sub quibus omnes subsumere possunt, ut dein objectum alterum, promissiones de gratiâ speciali, sibi in individuo singuli applicare queant, vid. *Meisnerus Disp. de fide th. 91. Gerhardus de Justific. §. 127. Brochmandus cap. 1. §. 4. Heilbrunnerus in Synopsi Calvin. 1. & II. art. 7. & 23. Sigovartus cont. Patrem lib. 3. cap. 3. art. 10. Hutterus Irenic. cap. 18. art. 10. Behmius disp. de promiss. Evang. Brochmandus de grat. Dei cap. 1. §. 6. cap. 2. §. 3. 8. Gerhardus Tom. II. Disp. 3. de fundam. consolat. th. 95.*

Fides iustifica unâ cum gratia Dei & Spiritu sancto amittitur in & ab homine, qui pœnitentiâ caret, ubi charitas non sequitur, & qui sciens & volens contra conscientiam peccat & in peccatis perseverat. Vid. *Mentzerus in Exeg. A. C. art. 2. §. 6. n. 6. Tom. 1. Giesl. Disp. XIV. th. 195. Tom. II. Disp. IV. Tom. III. Disp. III. th. 120. Tarnovius Exerc. Bibl. l. 4. Sigovartus & Hutterus in Iren. Pat. ad cap. 28. art. 8. Gerhardus de Bonis Operibus*

§. 135. Meisn. Anthrop. Disp. XIII. Broch-
mandus art. de pecc. cap. VIII. q. 8. pag. 495.

Quòcirca errant Calviniani:

I. Ethnicos, & sine actuali fide infantes
salvari statuendo, atque ita vel planè sine
fide ut instrumentò, vel per organon fidei,
Verbo & Sacramentis (in casu non-simpli-
cis necessitatis) non excitatæ, aut etiam
Christum actu non apprehendentis. Vid.
*Supra articuli huius §. l. n. 4. & 5. & præterea Be-
za part. 2. Resp. ad Acta Coll. Momp. pag. 135.
& Volum. III. fol. 356. Perkinsus l. de cas. consc.
pag. 291.*

Quid ipsorum objectionibus respon-
dendum sit vid. *Eckhardus in Fascic. c. XVII.
q. 13. C. XXI. q. 2. Dannhauerus Hodom. Phæt.
II. §. 13. fol. 673. Brochmandus Tom. II. de fide
Justif. cap. II. q. 3. & 15. de Justif. cap. II. q. 3.
& 18.*

II. Promissiones gratiæ universales ad
omnes pertinentes negando, inefficaci-
tateis affingendo, easdem cum promissi-
onibus gratiæ specialis universalitati cre-
dentium factæ confundendo & ita restrin-
gendo, credentes hos per absolutè electos
exponendo, causam exclusionis à gratiæ
promissionibus, absoluto DEI beneplaci-
to adscribendo, atque ita objectum fidu-
ciæ (quippe quæ sub particularitate firmi-
tæ

ter subsumere nequit) planè evertendò, vid. *Heilbrunnerus loco superius dicto &c.*

III. Fidem & justitiã semel acceptã non posse ullis peccatis amitti asserendo: *Calvinus lib. 3. Inst. cap. 2. §. 11. Beza in Coll. Momp. pag. 463. seq. part. II. resp. ad Colloq. pag. 72. seq. in 99. & resp. pag. 107. Zanchius in miscell. fol. 65. Perkinsus de predest. & grat. p. 122. Marloratus in Luc. 24. Grynaeus in Thesaur. Orb. fid. cl. 3. loc. de fide in gen. th. 7. Reckermannus in System. Theol. lib. 3. cap. 7. p. 434. VVendlinus fol. 634.*

Ubi quæstio est: non ex parte *DEi* anejus intentio sit, ut fides semel donata temper conservetur? nec ex parte *mediorum*, an illa sufficientia sint ad fidem illam continuandã? nec ex parte *fidei*, an detur aliqua simulatio fidei apud hypocritas, qui hypocrisi detectã à verã fide defecisse dicendi non sint?

Sed ex parte *hominis* credentis; non an *electus* fidem salvificam cum vitã sub finem certò continuatam habeat? nec an *renatus* quatenus & quamdiu talis, fide salvificã, præditus sit? nec an suã naturã viribus relictus, totaliter & finaliter à fide deficere possit? nec è contrario an debeat fidem salvificam continuare? nec an virtute divinã eandem continuare possit? nec an
qui

qui fidem salvificam per Baptismum vel Verbum accepit, gravia peccata, abnegationis, blasphemiae adulterii, homicidii &c. sciens & volens committere possit? nec an talia committens, poenitentiam actam, prioris gratiam & fidem salvificam habeat?

Sed an eadem committens, fidem salvificam (cui gratia praesens semper connexa & cujus immediatum consequens vera charitas) in ipso illo actu & durante statu, antequam poenitentiam agat, retineat?

De hac status formatione (quoad fidem salvificam amissibilitatem) Calvinianorum limitationibus, objectionibus, exceptionibus harumque resolutionibus vid. praeter sup. dictos: *Gerhardus Tom, I. Disp. VI. S. 23. 24. Hunnius in diascep. p. 391. Dannhauerus in Hodem. Phant. IX. S. 39. seq. p. 1976. 2064. seq. Brochmandus de fide justis, c. II. q. 3. & 20.*

S. 4.

Materia in qua seu subiectum justificationis est homo.

Isque ratione terminata quo ut peccator & sub ira existens, non quia talis manens, sed quia fide recipiens imputationem iustitiae Christi, & sic ratione termini ad quem in remissione peccatorum ad gratiam perdendus, sive in ea persistat, sive non.

Errant igitur Calviniani;

E

I. Lu

I. In gratiam D^ei absolute electos ante considerationem imputatae iustitiae Christi collocantes.

II. Tantum absolute electis gratiam D^ei condonantem peccata, concedentes, *Ursinus pag. 423. Zanchius Tom. 1. Miscell. f. 240.*

III. *negotiosae* sive ad tempus credentes ab ipsa justificatione excludentes, usque simpliciter fidem denegantes, *Polanus Synt. T. II. l. 6. cap. 36. vid. Sigwartius p. 478.* quandoque veram fidem concedentes sed essentia & definitione, a salvifica fide differentem, *Vendlinus cap. 24. Theol. Christ. & in tract. de predest. c. 30. pag. 260.* quandoque fidem concedentes, addendo eam non esse veram, ut *Beza, Piscator, Pareus*, vid. *Sigwartius pag. 476. 478.* quandoque *negotiosae* bona spiritualia concedentes, quandoque imaginaria esse dicentes ut *Piscator.*

Quid hisce respondendum sit vid. *Eckhardus in Fascic. cap. XVII. q. 6. Brochmannus de Justif. cap. II. q. 19. & Dannbauerus Hodon. Phant. IX. fol. 198. seq. Phant. XI. fol. 3293. seq.*

Meritoria causa Justificationis est Christi sanctificatio & obedientia tam activa quam passiva, qua pro

nobis satisfecit & æternam iustitiã
meruit.

Quam *Formulã Concordiæ* asserit in *Epit*
pag. 584. num. 1.587. num. 4. 5. in Declar. p. 689.
ubi vocat perfectissimam obedientiam,
quã pro nobis legem implevit. *pag. 606.* o-
bedientiam Christi dicit esse perfectissi-
mam pro humano genere satisfactionem &
expiationem, quã æternæ & immutabili ju-
stitiæ Dei, quæ in lege revelata est, satis est
factum. *Conf. pag. 75. pag. 65.* expressè vocat
obedientiam non eam tantum, quã Patri
paruit in totã suã passione & morte, verum
etiam quã nostrã causã sponte se legi subje-
cit eamque obedientiã illã suã implevit.
Item totam obedientiam, quam Christus
agendo & patiando in vitã & morte suã, no-
strã causã Patri suo cœlesti præstitit.

Hæc ipsa satisfactio Christi quatenus
cõsideratur ut ab illo præstita, est causa me-
ritoria impellens justificationis & omni-
um beneficiorum DEI; quatenus confi-
deratur ut omnibus hominibus oblata, iis-
demque singulis in actu justificationis ex
intentione Dei conferenda, posset referri
ad materiam; quatenus consideratur ut
huic & illi in individuo imputata, causa
formalis justificationis dici consuerit.

E 2

De

De obedientiâ Christi activâ & passivâ
vid. *Mentzerus Tom. III. Marburg. Disp. XIII.*
f. 3. th. 123. T. III. Gieß. Disp. 15. posteriore. Eckardus
in pecul. disquisit. Jenæ editâ. Gerhardus de
justif. Tom. III. §. 57. Meisnerus Dec. III. Disp.
24. Antrop. th. 21. Brochmandus Tom. I. de ser-
vatore cap. 1. sect. XII. g. 4. pag. 370.

Quæstio est: non de *justitiâ & sanctitate*
naturali & habituali, quam voluntati divinæ
perfectè conformem humana Christi natu-
ra ex sanctificatione massæ uniendæ à Spiri-
tû Sancto factâ, subjectivè habet; nec de
justitiâ & sanctitate personali infinitâ, quam
divina natura ex se, humana ex unione per
communicationem personaliter habet, ut
supra legem ejusque Dominus sit filius ho-
minis.

Sed de *justitiâ & sanctitate actuali*, quâ
persona hæc legi (requirenti obedientiam
perfectè conformem, defectibus per infi-
nitam pœnam severè corrigendis) spontè
se pro nobis subjecit, & perfectam eidem
obedientiam in omni actione & passione
etiam activâ præstitit: annon illa quoque
& non sola obedientia mortis, quam *Pisca-*
tor vocat, pro nobis præstita & causa meri-
toria justificationis sit atque credentibus
imputeretur?

Errant *Piscator & qui eum sequuntur*: 1.

Actio.

Actiones obedientiæ non ad personam, sed ad naturam, & ipsam obedientiam ad Christum. secundum humanam naturam tantum referentes. 2. Humanam naturam à dominio legis excludentes, 3. & ex se ipsâ Legi subjicientes. 4. Habitualement ejus sanctitatem, unionem ordine præcedentem, cum actuali sequente confundentes. 5. Legis impletionem ex officio Christi removens. 6. Divinarum actionum concursum ad causam meritoriam justificationis negantes. 7. Mortem Christi in se pro actione voluntaria non habentes. 8. Corpus Christi per se opus habuisse cibo & potu, & sic non pro nobis sitiisse, esuriisse, statuentes. 9. Obedientiæ meritoriæ aliam præter legem communem normam fuisse adserentes; 10. Et sic obedientiam vitæ & mortis specie differre supponentes. 11. Christum ipsam sanctè vivendo justificatum justificatione scripturis ignotâ fingentes. 12. Et Christum ita sibi gloriam promeritum statuentes. *vid. ad cap. 17. th. 5. Menzerus T. III. G. eff. Disp. poster. th. 44.*

Quid hisce respondendum sit videatur non modò apud supra citatos orthodoxos. *Eckhardus in Fascio. pag. 390. Hulfemannus in Disp. de satisfact. & merito Christi punct. III. §. 6. seq. sed & apud Calvinianos ibid allegatos §. 9.*

& cum

*Et cum primis M. Ludov. Lucium Prof. Basil. in
Disp. pecul. acv. Piscatore m scripta A. 1630.*

S. 6.

Formalis causa Justificationis
est Christi obedientia sive justitia
homini credenti imputata.

Hanc ipsam Concordiæ Formula as-
ferit, quoties Christum solum nostram ju-
stitiā esse, & propter eam peccata nobis
remitti, in gratiam nos recipi, & justos re-
putari dicit. *pag. 583. 584. 684. 685. &c.*

De quā Justificationis formā videatur
*Chemnicus Tom. II. Loc. com. sub finem. Hutter-
rus Loc. de Justific. controv. 4. Speciali pag. 473.
Mentzerus in Exeg. A. C. Art. 4. Gerhardus de
Justific. S. 194. Meisnerus Disp. 27. th. 7.*

Forma justificationis si dicatur id pro-
pter quod justificamur, est justitia Christi
fide nobis imputata; si quidditas tota,
est actio gratiæ divini ob imputatam per
fidē justitiā Christi hominibus peccata &
pœnas remittens & eos in gratiā recipiens.
Unde causam formalem justitiæ in tribus
consistere ait *Brochmanus Tom. II. de Justif. p.
476. videatur sup. S. 2. explicatio ex F. Conc. p. 687.*

Minus comode loquuntur ex Calvinia-
nīs illi: 1. qui formam justificationis a-
ctivæ remissionem peccatorum, passivæ fi-
dei

dei imputationem faciunt ut *Crotius vid.*
Menzerus in Exam. Censura Crociana Disp.
II. ch. 14. 2. qui absolutionem à peccatis &
 imputationem justitiæ vel duos actus fa-
 ciunt, vel ad distinctos terminos referunt,
 ut *VVendelinus.*

Calvinianos hîc errare, dum justitiã
 inhærentem, quandoque ad justificationis
 actum referunt. liquet: I. quia viam conse-
 quendi remissionem peccatorum marty-
 rio, elemosynis &c. adscribunt, *Pelicanus*
in Levit. cap. V. vers. 19. II. quia per reno-
 vationem nos salvari dicunt, *Tigurini in Bi-*
bliis Tu. III. 5. quod approbat Piscator, Crotius
&c. vid. Menzerus art. 4. & 6. pag. 190. 271. &
in Exam. Cens. Croc. Disp. II. ch. 94. III. quod
 ad fœderis gratiæ formam referunt etiam
 nostram obedientiam & respicientiam.
 (Justificatio enim nihil aliud est quam re-
 ceptio in fœdus gratiæ.) IV. quia bonis o-
 peribus conservationem gratiæ & salutis
 tribuunt vid. *Gerbardus de B. O. S. 45. Feur-*
bornius fasc. 6. V. quia dicunt bona opera
 esse causam sine quâ non, esse viam, esse
 conditionem, sine quâ nulli obtingat vita
 æterna, esse necessariã ad salutem &c. vid.
Himmelius in Calvinio-Papismo part. 1. cap. 7.
harmon. 4. VVendelinus pag. 534. 699. 701. 945.

ARTICULUS IV.

De Bonis Operibus.

§. I.

Etiamfi nulla Sacramentario-
rum five Calvinianorum mentio in
hoc articulo fiat, quia tamen fin-
ceræ ejusdem doctrinæ repugnan-
tia docent, eundem quoque ipsis
oppositum & adhuc opponendum
esse patet.

Præter enim principale controversi-
am de Bonorum operum ad salutem neces-
sitate, de quâ paulò post, docet hic articu-
lus:

I. Bona opera penitus excludenda esse,
non tantùm cum de Justificatione agitur,
sed etiam cum de salute nostrâ æternâ di-
sputatur. pag. 589. n. 2. necessarium esse, ca-
vere ne bona opera negotio Justificationis
admisceantur pag. 591. n. 2. diligenter cavend-
um esse, ne bona opera articulo Justifica-
tionis & salutis nostræ immisceantur pag.
704.

Sed Calviniani, *Gryneus disp. de scala à
terra ad cælum pertingente th. 29. Tigurini in
Bibliis A. 1579, editis, Piscator in Bibl. Ger-*



man. & analysi super locum Tit. III, 5. dicunt:
 DEum nos servasse per lavacrum regenera-
 tionis & renovationem Spiritus sancti, &
 sic Justificationem cum quibusdam Ponti-
 ficis statuunt: 1. in remissione peccato-
 rum. 2. in renovatione seu sanctificatione
contra Rom. III, 4. II. Galat. II, 3. Eph. II, 8.
Tit. III, 5. &c.

II. Fidem & salutem in nobis conserva-
 ri aut retineri non per opera, sed tantum
 per Spiritum DEI & per fidem, qua sc. fa-
 lus custoditur *pag. 590. n. 10.* Initium, me-
 dium & finem justitiæ & salutis, soli fidei
 à Paulo adscribi: rejiciendum esse Triden-
 tinæ Synodi Decretum (& si quid aibi in
 eam sententiam fuit propositum) quod
 bona nostra opera salutem conservent
pag. 707.

Sed *Job. Piscator* bona opera conservare
 fidem, gratiam, salutem, cum Pontificis
 credit citante *Mentzero in Exeg. A. C. art.*
4. sect. 5. pag. 272. Praxis & medulla Catechetica
Marpurgi edita A. 1606. q. 67. ait: fidem
 sufficere ad salutem apprehendendam, non
 autem ad eam conservandam; sed ampli-
 us requiri vitæ emendationem, & *q. 70. ait:*
 vitæ emendatione perfici conversionem &
 fidem & salutem in nobis conservari. vid.
Gerhardus de B. O. S. 45. Feurbornius fasc. 6.

III. Fidem non retineri sed amitti, si homo in peccatis ex proposito perseveret, ac sciens volensque peccet: sanctos & electos Spiritum sanctum non retinere, si in adulterium & alia scelera prolabantur & in iis perseverent &c. pag. 590. 591. 678. 705.

Sed Calviniani (cum Anabaptistis, Antinomis & Papistis) contrarium profitentur, ut patet ex allegatis sup. Art. III. S. 3. n. III.

IV. Opera infidelium & non ad DEum converforum, licet ad conservandam externam disciplinam faciant, suamque coram mundo dignitatem & laudem habeant, ac temporalibus quibusdam præmiis in hoc mundo à DEo ornentur: attamen cum non ex verâ fide proficiantur, revera coram DEo esse peccata h. e. peccatis contaminata, & à Deo pro peccatis & immundiciâ reputari, propter naturæ humanæ corruptionem & quia persona cum DEO non est reconciliata pag. 700. vid. *Chemnicus part. 1. Exam. Conc. Trid. f. 535. 540. seq. Gerhardus de B. O. S. 10. Meisnerus Disp. XXI. p. 14. Brochmandus de lib. arbit. C. II. q. 6.*

Sed *Zwinglius* nimium hæc opera extollit in *exposit. fid. Tom. II. f. 559. & in declarat. ad Urban. Reg. f. 118. VVendlinus l. 1. Theol. Christ. C. 5.* non naturæ, sed speciali gratiæ quicquid boni in gentilibus est, assignat, & opæ

& opera gentilium per se bona, (cum tamen sint imperfecta) & tantum per accidens peccata facit.

Quæstio igitur est de B. O. gentilium *ratione principii*, quod non proveniant à carne vel Spiritu, sed ab ipsâ naturâ *Rom. II, 14. ratione formæ*, quod quidem convenienter dicantur *in mente relicto*, & tunc moraliter bona sint & dicantur, perfectionem verò legi adæquatam non adsequantur, atque ita imperfectio hæc peccatum omninò sit, (non tamen per accidens ;) *ratione subiecti*, quod quia persona non est in gratiâ, dum fide caret, nec imperfectio tegatur, nec ipsa moralis bonitas ad DEUM relata, ipsi specialiter & Evangelicè placeat, licet approbetur, generaliter, unde & quod boni inest remuneratur *Ezech. XXX, 19.*

§. 2.

Thesis hujus articuli orthodoxa & præcipua est: Bona opera non sunt necessaria ad salutem, licet suo modo sint necessaria.

Utrumque inculcat Formula concordix dum: I. rejicit & damnat phrasen: Bona opera necessaria esse ad salutem: Neminem unquam sine B. O. salvatum; Impossibile

sibile esse sine B. O. salvari pag. 590. 704.
 II. Rationes prægnantissimas huius re-
 jectionis ex scripturis sacris, periculis, in-
 commodis, Aug. Confessionis & B. Lu-
 theri verbis adducit pag. 704. III. ab earun-
 dem doctrinâ, defensione & picturâ, serio
 dehortatur, explosionem verò & rejeccio-
 nem postulat pag. 705. Nihilominus ta-
 men IV. Necesitatem B. O. asseverat p.
 589. 700. V. Necesitatem non coactio-
 nis, sed ordinis, mandati & voluntatis
 Christi ac debiti nostri determinat pag.
 703. VI. Necesitatis causas explicari jubet
 & imperat pag. 591. 704. 706. de quibus om-
 nibus ut & Orthodoxorum sententiis ac
 fundamentis pluribus actum fuit in *Isag.*
Anispapist. art. IV. §. 3.

§. 3.

EXC Antithesis Calviniana est; Bo-
 na opera sunt non modò via salutis
 & conditio sine quâ nulli obtingit
 vita æterna, sed & causa, non sal-
 tem sine quâ non, sed etiam suo
 modo adjuvans & efficiens salutis,
 adeo-

adeoque ad salutem post hanc vitam consequendam necessaria.

Ita non modò *Vendlinus l. 2. Theol. c. 4. f. 945.* Bona opera ad salutem necessaria esse dicit, tanquam conditionem è divinæ voluntatis hypothefi faltem in adultis necessariò antecedentem & *Vorsinus part. II. Tefarad. pag. 126.* viam vocat non tantum, sed causam salutis suo modo adjuvantem & efficientem, videl. quatenus sunt causa sine quâ non, five conditio divinis promiffis annexa & necessariò à nobis præftanda, fi falvi esse velimus, quippe sine quâ falus æterna obtineri nequeat; unde finem B. O. vitam æternam facit;

Sod & Zanchius l. 5. denar. DEi c. 2. pag. 670. Bona opera causam salutis vocat instrumentalem potius quam efficientem: *Sohnius rom. 2. Exeg. A. C. art. 4. pag. 71.* medium ad salutem ad hanc vitam consequendam.

Apertiffimè verò & sine appofito *Beza volum. 1. fol. 657.* fi fides ad salutem necessaria est & veram fidem opera necessariò confequuntur, certè & illud efficitur: necessaria esse ad salutem bona opera. Quam propositiõnem *Joh. Piscator. difp. pecul. Volum. II. pag. 132. seq.* multis Scripturæ testimoniis

monii adstruere conatur, ubi distinguit inter salutem & Justificationem, & negat consequens: si solâ fide justificamur, solâ etiam fide nos salutem adipisci. Quos sequitur *Sachsus* ubi asserit. gute Werke sind nöthig zur Seeltigkeit; Sind Mittel/dadurch mit die Seeltigkeit erlangen sollen etc. in *Harm. Evang. Germ.* 171. f. 292. 395. 1455. &c.

Quid post status formationem & orthodoxæ thesæos confirmationē, Calvinistarū objectionibus quas cū Papistis & Majoristis cōmunes habent) respondendū sit; videatur apud autores allegatos. in *Isagog. Antipapist.* pag. 77. & præterea *Eckhardum* in *Fascic. pag.* 389. *Himmeliū* in *Calvino-Papismo* part. 1. cap. 7. *harm.* 4. *Schlüsselburgium* in *Majorismo*, *Brochmandum* Tom. II. de B. O. f. VI. c. 2. q. 4. *Hulsemannum* in *Breviarii extensi supplement.* cap. XII. th. VII. seq. & X. contra *Voërium* & socios in *Thersie Heauront.* pag. 165. & animadv. contra *Exam. Batelier* sect. 2. cap. 2. *Dannhauerum* in *Hodom. Phant.* XI. fol. 3297. 3302. 3344.

ARTICULUS V.

De Lege & Evangelio.

§. 1.

Cum præsens æquè ac sequens

arti-

articulus de Lege agat; quo pacto Calviniani Legem oppugnent sequenti, & quomodo Evangelium violent præsentī Articulo, (Antinomi & eorundem patronis opposito,) expendere libet.

Præter istum qui Antinomus (in Epitome Form. Conc. p. 394. & in Declarat. pag. 713. 714. expressè rejectos & refutatos eorumq; affectas) concernit, controversiæ statum, quæstio est:

I. De Evangelio non latè sic dicto, prout vel totam doctrinam Novi Testamenti ex conjuncto usu Legis & Evangelii constantem, vel historiam Evangelistarum, vel pericopen ex illâ significat; sed propriè, quatenus est verbum Dei (non doctrina tantum, quia quæ docet simul efficit, & est medium conferens simul ea quæ manifestat) legi contradistinctum, ex solâ Filii Dei revelatione nobis manifestatum, de salute æternâ, per Dei misericordiam, propter Christi meritum fide à Spiritu sancto donatâ (Ergò ratione nostri nulla conditio, sed si qua est à DEO adimplenda) ab omnibus non repugnantibus consequendâ.

Strictè verò etiam contradistinguitur

pro--

promissioni de exhibendo Messia seu
ἐπιγγελία specialiter ita dicta, non quidem
 ratione efficaciam & fructus, sed ratione sub-
 stantiam & presentis corporis. vid. *Chem-
 nicus Tom. II. Loc. com. de Justif. cap. 1. pag. 232.*
*Gerhardus in Loc. de Evang. Christian. Mar-
 thia Theol. typ. Loc. 3. Brochmandus Tom. II.*
art. XIX. pag. 222.

Errant itaque Calviniani: I. qui ad do-
 ctrinam de salute consequendam etiam reno-
 vationem & vitam emendationem referunt.
 vid. *Mentzerus art. 4. Aug. Conf. s. 6. num. 6.*
 II. qui promissiones Evangelii universa-
 les esse negant & ad solos absolute electos
 restringunt. III. qui ex Evangelio de ex-
 hibito Messia substantiam ejus ex parte ex-
 cludunt.

II. De *Evangelii promissionibus*, ubi qua-
 ritur: An Evangelii proprie sic dicti pro-
 missiones ita generales & mere gratuite
 sint, ut nullam activam conditionem ex
 parte nostri requirant, sed remissionem pec-
 catorum & vitam æternam propter solum
 Christi meritum non saltem offerant, ve-
 rum etiam media, in pertinaciter non re-
 pugnantibus, fidem, quæ ista recipiat, ex-
 citandi, & ad finem usque conservandi, ut
 initium medium & finis salutis à sola Dei
 gratia non tamen absolutam sed ordinatam

(quem



(quem ordinem promovere nos non possumus, impedire possumus) dependeat. Vid. *Hutterus pag. 238. Brochmandus pag. 243. Gerhardus de Evang. S. 22.*

Sed Calviniani: I. vi suarum hypotheseum promissiones Evangelii respectu reprobatorum conditionatas impossibiles, respectu verò absolutè electorum, ne quidem ita ordinatas ut ab hominibus impediri possint, adserere coguntur. II. Plerique ex illis conditionem bonorum operum simul includunt. vid. *Mentzerus art. 4. A. C. f. 6. num. 6.* adeoque legem & Evangelium confundunt.

Promissiones, conditionales sic dictas in Evangelio strictè sic dicto non agnoscimus: si quidam ex nostris conditionis aut requisiti voce utantur, commodè explicandi sunt, quod scilicet tantum subiectum describant & ordinem divinum innuant. (In nobis ad justificationem conditio nulla.) Contra Arminianos aliàs disputare non possunt. Nulla est conditio nostra, sed DEI, quam ipse vult implere (nisi à nobis impediatur.) estque medium per quod DEUS offert, sive potius ordo, quem in salute nostra DEUS observat. In nobis verò nulla activitas, dignitas, Præstantia, **Conditio fidei homini proponitur**

tur in fœdere Evangelico, non ab ipso, sed à DEO implenda. Repudiatio mediæ est conditio nostra, non acceptio ejus.

Evangelii strictè sic dicti *promissiones* sunt duplices: quædam pertinent ad *voluntatem antecedentem*, quæ sunt *universales*, dilectionem DEI, meritum Christi & media ad salutem omnibus offerentes (ut *Ezech. 18.*) ut juxta ordinem à DEO institutum salventur: quædam pertinent ad *voluntatem consequentem* & *solis* actu *credentibus* promissorum bonorum fruitionem *æthraliter* applicant.

Utriusq; generis *promissiones* sunt *ordinatae*, sed priores ordinem omnibus ex æquo præponunt, nullo per ullam conditionem excluso: posteriores distinctè secundum illum ordinem *diversas* hominum (quorum quidam seipsos liberè excludunt) classes considerant. Vid. *Sigwartus cont. Pareum l. 3. c. 3. art. X. pag. 56. Hutterus c. 28. art. X. pag. 323. D. Johan Behmius in Hebræide Dissp. de diff. Evang. promiss.*

Sed Calviniani: I. *promissiones universales simpliciter negant*. II. *omnes conditionales faciunt*. III. *resipiscentiam & novam obedientiam causam & conditionem vitæ æternæ statuunt*. Vid. *Gerb. Tom. II. Dissp. harmon. Calvin. & Photin. Dissp. 2. th. 4. Sigwartus pag. 511. Behmius Dissp. 5. Hoe in XVII. art. f. 118. Hasenrefferus in Loc. p. 401. Eckhar-*

Eckhardus in fascic. f. 281. Dannhauerus in Ho-
dom. Phant. VI. S. 9. f. 119. Phant. IX. S. 6. fol.
1837. Hunnius in Dialcep. pag. 374. 615.

III. De Evangelice gratia oblatione, ubi
queritur: annon ex DEi intentione omni-
bus lapsis hominibus, gratia per Christi
meritum parta, seriò in eum finem offerenda
sit, ut ejus actu participes reddantur & sal-
vifiant: quoad actualem verò oblationem in
predicatione: annon illa omnibus in uni-
verso orbe, post lapsum in Vet. Testam.
Adami, & Noachi, & in Nov. Testam.
Christi temporibus, contigerit: quã actu-
ali predicatione à nonnullis per ingrati-
tudinem rejectã, cum DEus per scientiam
possibilium eam planè frustraneam fore
videret, universalia nihilominus incita-
menta quædam in lege (instã) natura, vo-
ce natura, & celebritate Ecclesia, perman-
feriat, quorum abusus contra intentio-
nem DEi primariam, ἀναπολογίατὸς homi-
nes reddit: ipsa interim verbi prædicatione
in certis quibusdam locis integris populis
communis fuerit, in quibus per hoc ipsum
medium, omnibus ex æquo ordinaria suf-
ficiens ad salutem gratia, seriò & salvatio-
nis sine oblata sit.

Errant Calviniani: I. Vocationem uni-
versalem esse simpliciter negando vid. *Mem-*

F 2

S 178.

luerus Anthropol. Disp. III. q. 2. th. 2. II. Christi tempore actu omnibus prædicatum esse Evangelium inficiando, ut: *Molinæus*, vid. *Feuerbornius Fascic. VI. Disp. 3. th. 16.* III. Externam vocationem cum internâ quandoq; coniungendo quandoq; separando, ut: *Sibrandus Lubertus*. IV. Externam vocationem per externum solum definiendo, ut: *Rennecherus*. V. Externæ vocationis finem quorundam damnationem esse asserendo ut: *Idem*. VI. Externam vocationem respectu quorundam sine promissione esse contendendo, ut: *Ursinus* vid. *Meisnerus l. d.*

IV. De Evangelicæ gratiæ fœdere quod: I. Ratione constitutionis est id, quod DEUS cum humano genere lapsa per Mediatorem Christum, in sanguine ejus proprio, proprio (ex gratiâ creationis orto, per peccatum quoad finem irrita, quoad obligationem verò ad obedientiam vel pœnam manente, in V. & N. T. ob implerionis impossibilitatem ad Christum compellente) fœdere satisfactorio Legali iniit, Deo in remissionem peccatorum & justitiæ Christi imputatione, vitam æternam per media ab ipso largiendâ, ex merâ gratiâ omnibus offerente, ut ipsius populus rursus fiant, & per Spiritum suum, spontaneo cultu Receptori, debitam Creatori obedientiam, hic

hic incoate, defectus perfectione Christi regente, illic perfecte præsent.

2. Ratione applicationis est, cum quivis in individuo consideratur, quatenus oblatam hanc gratiam fœderis planè constituti, ex parte rei, quam Spiritus Sanctus ipsi etiã applicare vult, per incredulitatem non repudiat, unde particularitas oritur, quibusdam seipfos ex hoc fœdere excludentibus, qui ex priore dein judicandi sunt.

3. Ratione promulgationis, ante Christum oblatio hujus fœderis facta est per *ερωυσελιαν*, quæ quoad substantiam in futuro per typos & umbras constitit, post Mosen verò etiam cum primis cum legalibus in quibusdam connexa fuit: quoad efficaciam & fructum verò fœderalis gratia plena & perfecta fuit, post Christum verò per Evangelium strictè sic dictum corpus præsens cum fructu simul offertur. Vid. *Hutterus pag. 493. Chemnicus part. II. Loc. com. pag. 114. Gerhardus de Lege & Evang. §. 54. & 109. Brochmandus Tom. II. art. 20. pag. 266. Behmius de diff. promiss. Evang. Diss. V. c. 2. & Tom. IV. Dissp. Giess. Diss. XLIX.*

Errant Calviniani: I. unum tantum fœdus constituendo vid. *Gerhardus §. 219. II. Fœderis in creatione universalitatem negando & quosdam ad damnationem crea-*

ros asserendo vid. *Gerhardus Tom. 2. Disp. III. rh. 48. III. Conciones Legales de contritione & operibus ad fœdus gratiæ Evangelicæ referendo. v. Gerhardus Tom. 1. disp. de pietate XI. rh. 9. n. 15. IV. Fœderis Evangelici universalitatem in promissionibus ratione constitutionis negando. Vid. *Behmiius loc. cit. V. Particularitatem applicationis ex defectu gratiæ fœderalis quibusdam absolute denegandæ deducendo. VI. Fœdus gratiæ Evangelicæ ratione promulgationis ante Christum cum Vet. Testam. confundendo. v. Brochmandus c. 2. q. 4. VII. Ratione promulgationis verò post exhibitum Christum idem quoad substantiam esse cum figuris in Vet. Test. statuendo v. Brochmandus *ibid.***

V. De Evangelio primo *Gen. 3. vid. Hott. XVII. artic. art. IX. fol. 116. Eg. Hannius in Calvino Judaiz. & ejus vindic. contra Pareum.*

§. 2.

Thesis orthodoxa est: Evangelium propriè sic dictum & Legi contradistinctum, non est concio poenitentiae, partialiter de contritione acceptæ, sed gratiæ & clementiæ.

Ad

Ad thesin hanc ritè tradendam & percipiendam *Concordia Formula*: I. Discrimen Legis & Evangelii summopere de necessitate & utilitate commendat pag. 592. 709. II. Legis & Evangelii significationem propriam & impropriam pag. 590. 710. explicat III. Pœnitentiæ totalem & partialem usurpationem declarat pag. 711. IV. Utriusque doctrinæ praxin ex scripturis facit. B. Lutheri scriptis, Articulis Smalcaldicis & Apologiæ verbis dilucidat pag. 593. 711. seq. V. Ob causas gravissimas à Legis & Evangelii confusione dehortatur, sicque Evangelium (non generaliter sed propriè acceptum) concionem pœnitentiæ esse negat pag. 594. 717.

Quam thesin pluribus confirmant orthodoxi in Compendiis, Institutionibus, Locis & commentariis *Hutterus, Dietericus, Hasenrefferus*, cum primis verò *Chemnicus* part. II. Loc. de *Iustif.* pag. 222. seq. *Plunnus* Tom. I. op. lat. art. de *Lege & Evang.* *Gesnerus & Hutterus* in *Form. conc. hic.* *Gerhardus* T. III. Loc. de *Evang.* pag. 476. *Brachmandus* T. II. de *Evang.* s. IV. cap. 2. q. 1. f. 229.

S. 3. Antithesis Calviniana est: Ev-

F 4

ange-

angelium propriissimo sensu acceptum est concio poenitentia.

Quam assertionem Form. Concordia e diametro oppositam, post Antinomos non modò suam fecere Crypto Calviniani, errorem suum autoritate Philippi tegentes, de quibus videatur *Hutter, in Form. Conc pag. 501. seq.* sed ante & post istos: *Zwvinglius Tom. 11. pag. 181. Calvinus lib. 3. Instit. cap. 3. s. 19. Zanchius in Confess. pag. 141. Gualtherus in Johan. fol. 323. Sobnius Disp. IX. de Evang. ib. 4. Ursinus in Catech. pag. 48.*

Quid horum objectionibus respondendum sit, videatur apud *Hütterum loc. cit. pag. 503. seq. Eckhardum in Fascic. pag. 284. Dannhauerum Hodom. Phant. VI. fol. 1121. Phant. XI. fol. 3285. 3302. Brochmandum pag. 231. seq.* cujus pronunciatum de poenitentia, Evangelii strictissimè dicti appendice, dextrè accipiendum.

ARTICULUS VI.

De Tertio Ufu Legis.

§. 1.

Hunc ipsum, quoad renatos & justificatos, Legis usum, Calviniani licet

licet admittant, Legem tamen ipsam, sive sinceram de Lege doctrinam impugnare non cessant.

Idq; sequentibus modis, dum :

I. Legislatorem supremum, peccati contra Legem, seu transgressionis autorem faciunt, qui ad ea, quæ lege prohibuit, patranda, homines legi subjectos incitet & impellat, vide *sup. Art. I. §. 3.*

II. Legis moralis sive Decalogi divisionem (nec in Mose ratione ordinis determinatam, nec ab Apostolis strictè observatam) in præcepta quatuor prioris, & sex posterioris tabulæ, sub prætextu necessitatis, contra charitatem & Christianam libertatem violenter instituunt, urgent, introducunt; nostram verò, sive Ecclesiarum invariatae Aug. Confessionis & Catechismis B. Lutheri, imò scripturæ sacrae & venerandæ antiquitati, conformem & usitatam Decalogi, in tria prioris & septem posterioris tabulæ divisionem, corruptionis temerariae & inexcusabilis accusant, ut: *Hassiaci, Marchici, Helverii, Palatini, Anhaltini, Wendlinus &c.* cum tamen: I. inter seipsos discrepent, dum *Petrus Martyr & Sohnius* generale præmium pro primo præcepto habent. 2. *Calvinus l. 2.*

FS

Instit.

Instit. c. 8. & Ursinus in Catech. explic. pag. 684.
 quandoque divisionem liberam relin-
 quant. 3. *Oecolampadius & Schadneus* no-
 stram approbent.

De quâ divisione Decalogi vid: *Chemni-
 cius de Lege c. 7. Reg. XI. Gerhardus de Lege §.*
*12. & in Scholâ pier. L. V. c. 19. Vinckelman-
 nus Tom. 1. Dissp. Gieß. Dissp. XI. Brochman-
 dus Tom. II. de Lege c. 6. q. 8. Försterus Catech.*
Problem. 1. Gisenius in Calvinis. Dissp. XX. §.
24. seq. Dannhauerus in Hodom. Phant. VI. f.
1134. 1137. 1167. 1326. Eckhardus in Fascic. c. XI.
*q. 1. & seq. ubi etiam Calvinianorum obje-
 ctionibus responderetur.*

III. Legis (simulquè Evangelii) effe-
 ctum; qui est pœnitentia totalis, corrup-
 punt variè: I. *μεταμέλειαν* Legalem faci-
 endo & ita ab Evangelicâ distinguendo, ut
 in malo ponatur semper, sic *Beza, Bucanus,*
Zanchius, Musculus vid: *Gerhardus*
de pœnit. §. 7.

2. Contritionem ex numero partium
 pœnitentiæ ejiciendo, ut *Beza volum. I. f.*
*238. Bucanus Instit. Loc. XXX. q. 12. secutus Cal-
 vinum l. 3. Instit. c. 3. & Martyr, reclamante*
Musculo, Aretio, Sohnio, Zanchio, Trelcaio.
*vid Eckhardus, in Fascic. c. XII. q. 1. Broch-
 mandus Tom. II. de pœnit. s. V. cap. 2. q. 9.*

3. Fidem pœnitentiæ partem negando, ut:
Calvi-

Calvinus, Beza, Piscator, Martyr, Bucanus, dissentiente Aretio, Trelcario, Sohnio vid. Brochmandus l. d. q. 27. Eckhardus l. d. q. 2.

4 Pœnitentiæ partes genuinas esse mortificationem carnis & vivificationem Spiritus, prout ab homine peraguntur, statuendo, *Calvinus l. 3. Instit. c. 3. s. 5. Beza volum. I. f. 328, Polanus l. 1. partit. Theol. p. 183. Bucanus in Instit. L. XXX. q. 16. pag. 319. dissentiente Aretio, Trelcario, & Sohnio. vid. Menzgerus in Exeg. A. C. art. XII. f. 6. n. 5. Gerhardus Tom. III. de pœnit. §. 56. Eckhardus l. d. q. 3. Brochmandus l. d. q. 29. Danhauerus Hodom. Cal. Phant. XI. §. 3. f. 3288.*

5. Pœnitentiam solis electis propriam asserendo: *Bucanus, Piscator, Spanhemius, Beza, Zwingerus, vid. Danhauerus l. d. fol. 3286, 3303.*

ARTICULUS VI.

De Cœnâ Domini.

§. I.

Articulus hic præcipuè Zwinglianis & Sacramentariis sive Calvinianis oppositus est.

Id patet: I. ex Confessione de hoc Articulo edendæ occasione & impulsione,
de

de quâ ejuusq; causis ex *Form. Conc.* pag. 397. 725. vid. in comment. *Gesnerus* pag. 178. & *Hutterus* pag. 548. seq. II. ex Cingliano-
rum multoties factâ denominatione tam
in rubro quam in nigro, sive titulis & con-
textibus, tum *Epitomes* pag. 597. seq. tum *De-
clarationis Form. Conc.* pag. 725. seq. III. ex
accuratâ Sacramentariorum crassorum &
callidorum, occultorum & apertorum di-
stinctione pag. 598. 770. IV. ex veritatis
contra Sacramentarios confirmatione pag.
599. 752. V. ex eorundem doctrinæ rejectio-
ne & confutatione pag. 602. 751. 757.

Unde verò Cingliani, sive Zvingliani,
Sacramentarii & Calvinistæ dicantur, ex-
plicatum fuit tum in *Isag. Antipap.* pag. 92.
tum supra hujus *Isag. part. gener. §. 2.*

§. 2.

Sacramentarii tum ipsum Cœ-
næ Dominicæ Sacramentum &
sanam de eo doctrinam, tum ce-
remonias circa istud impugnant.

Quod attinet sinceram de Cœnâ Do-
mini doctrinam, Concordiæ Formula do-
cet:

I. *Verba Testamenti sive Institutionis Chri-
sti literaliter esse accipienda, sicut ad literam so-
nant* pag. 599, n. 2. quod pluribus explicat
& con-



& confirmant, in Commentariis: *Gesnerus* Disp. IX. cap. 2. 3. 4. pag. 191. seq. *Hutterus* art. VII. q. 2. pag. 581. seq. In Locis: *Chemnicus* part. III. Disp. XVII. (in *Tractatu de fundamentis* present.) *Hutterus*, *Gerhardus* Tom. V. f. 148. (in *Harmon. Evang. contin.* pag. II. fol. 1524. ubi rationes decem τὸ πῆρὸν servandum probantes) *Brochmandus* Tom. II. pag. 3038. *Osiander* in *Enchirid.* cap. I. q. 1. & 2. *Meisnerus* in *Colleg. de Sacrament.* Disp. XII. posit. 1. *Eckardus* in *Fascic. c. XX.* pag. 489. 548. 558. *Gisenius* in *Calvinismo* Disp. XIII. th. 20. seq. & in *Zwinglio-Calvin.* Disp. III. p. 1.

Sed Sacramentarii docent: Verba Institutionis non esse simpliciter & literaliter accipienda, sed per tropos in aliam & cum πῆρὸν pugnanti sententiam detorquenda Vid. ex Zwinglianis & Bullingero *Hutterus* pag. 688. *Menzerus* n. 6. *Gerhardus* §. 80. quidam verba Christi ut controversa simpliciter repudiant, vid. *Hutterus* pag. 689. *Gerhardus* §. 49. quidam ea admittunt, sed non simpliciter nec sola, vid. *Menzerus* Exeg. f. VI. n. 5. quidam verba admittentes, literalem tamen sensum admittere nolunt, sed varios tropos fingunt, vid. *Menzerus* n. 6. *Gerhardus* §. 80. quidam etiam τὸ πῆρὸν urgent, sed sensum Sacra-

menta-



mentarium subintelligunt vid. *Menze-
rus n. 15. 16. Gerhardus S. 37.*

Quaestio hîc est: non de omni *διαβοία* seu sensu, etiam ex ipsâ literâ & naturali verborum significatione spontè fluente: sed de *διαβοία*, quatenus τὸ ῥητὸν opponitur, & à literali sensu discedens, sententiam aliâ, quam verba in nativâ significatione præseferunt, infert; non quod sensus tropicus in verbis, & mysticus in rebus, quando Spiritus sanctus eum intendit, rejiciendus sit, sed quod non pro lubitu cuivis, & sic nostro textui inferendus sit. Sic τὸ ῥητὸν hîc non sunt literæ & syllabæ, sed sensus literalis ille, quem verba in propriâ & nativâ significatione gignunt.

Quæritur ergò hoc loco: Anne *πληροφωσία* fidei locum habeat. si in propriâ sede dogmatis fidei, novi & quidem testamentalis, semper idem significantibus verbis repetiti, nec aliter in scripturis ullibi explicati, afferatur *διαβοία* & sensus negativus illius sensus, quem verba ipsa gignunt.

Quibus observatis omnia Sacramentarium seu Calvinianorum, & cum primis Wendelini argumenta τὸ ῥητὸν impugnantia, corruunt.

II. *Corpus & sanguinem Christi in Canâ Domini verè & substantialiter esse præsentia,*
(ob

(obscuram verborum Institutionis sententiam) & una cum pane & vino verè distribui atque sumi pag. 599. num. 1. 737. id quod orthodoxi supra citati pluribus probant, præterea *Menzerus Tom. I. Disp. Giesf. D. VI. th. 5. Tom. III. Disp. 7. Mosnerus de Sacram. D. XXII. th. 9. Gerhardus §. 98. Gisenius Calvinus. Diss. XII. th. 5. Hutnerus in Loc. p. 715. cont. Irenic. Parei cap. 24. art. XII. pag. 205. & cap. 28. art. XVI. pag. 356. Sigwardus cont. Pareum lib. III. c. 3. art. XVI. pag. 651. Hunnius in Diascep. pag. 411.*

Sed Sacramentarii negant & in speciem substantialia verba: Hoc est corpus meum &c. urgent, ubi de particulâ: HOC, vid. *Menzerus Tom. III. Giesf. Disp. VI. th. 64. Gerhardus §. 82. 83. Balavinus in 1. Cor. XI. p. 2. q. 6. & 7.*

Quæstio est: an particula *isto* HOC non quidem ex generali ratione, sed quatenus verbis exhibitivis & demonstrativis subjungitur, & in prædicato aliud, quam quod sensibus obviû est enunciatur, per synecdochen Grammaticam utrumque ceu rem unam propônat, ut de unitis principale verè prædicetur, quod de iisdem distinctè consideratis fieri ita simpliciter non potest.

Errant itaque Calviniani, qui per particulam

lam

lam τῆτο, intelligunt: I. corpus prout mensæ affedit, ceu *Carolstadius*. 2. totam actionem ut *Johannes à Lasco* 3. solum panem ut plerique omnes vid. *Gerhardus* §. 81. & 82. Sic & *VVendelinus* & *Schwoenckfeldius*, qui per transpositionem ita accipiebat: accipite & comedite corpus meum quod est hoc.

De copula est vid. *Meisnerus* part. I. *Philos. sob. l. 1. q. 3. 4. 5.* *Grauerus* in *Anti Pareano*. Quæstio est: An copula est, quæ συγκαταγωγικῆς quandoque est, quando, ut copula est, in sese consideratur, cum juxta ipsos Philosophos tropum sustinere nequeat, si tamen vel maximè alicubi per significat, vel, est signum & sigillum exponi posset, in verbis Christi, cum subjectum sit nudus panis, ita accipi debeat, imò queat?

Errant ergò Calviniani qui: 1. non est exponunt per significat, *Zwinglius*, *Calvinus*, *Beza*, *Pareus*, vid. *Brochmandus* pag. 309. 2. per significat & obstringat, ut *VVendelinus*. 3. qui faciunt totam Orationem tropicam ut: *Zanchius*, *Crellius*. 4. Logicè impropriam ut: *Goclenius*, *Keckermannus*. 5. non tantùm figuratam sed & sacramentalē, ut: *Bucanus* vid. *Gerhardus* §. 85.

De prædicato: *Corpus* vid. *Brochmandus* q. XVI. pag. 340.

Quæst.



Quæstio est: De quo corpore & sanguine Christus loquatur, non de phantastico, nec de mystico, quod Ecclesia, sed de proprio, illoque non ratione accidentis alicujus (ut aut corporis signum vel sigillum, aut etiam instrumentum, aut etiam corpus ratione traditionis vel efficaciam intelligatur) sed ratione ipsius substantiam considerato, non quidem respectu presentiam localis vel naturalis, quo pacto corpus & sanguis Christi visibilia erant & naturaliter unita manent, sed respectu presentiam divinam, supernaturalis, ratione modi ex voluntate illius qui loquitur dependentis, ut distinctè dispensari & accipi queat.

Errant proinde Calviniani, qui per corpus intelligunt: 1. figuram & signum corporis ut *Oecolampadius*, *Zwinglius*, *Piscator*, *Sohnius*, *Lampadius*, vid. *Brochmandus* l. d. 2. $\mu\eta\mu\omicron\sigma\omicron\upsilon\upsilon\epsilon\upsilon$ vel memoriale corporis vid. *Gerhardus* §. 84. 3. vel simul etiam sigillum (cum Signo) ut *Tossanus ad Matth. XVI. 26.* 4. Imò etiam instrumentum ut: *Pezelius*, *Goclenius*, *Cassellani*, *Marpurgenses* vid. *Menzerus in Exeg. A. C. art. X. f. 6. n. 10.* & *Brochmandus* l. d. 5. Efficaciam corporis, ut: *Calvinus*, *Daneus*, *Grynæus* vid. *Brochmandus* l. d. 6. Corpus quatenus traditum est, ut: *Orthodoxus Consensus*, *Piscator*, *Bucannus*, *Trelcanus*, vid. *Gerhardus* §. 83.

G

7. Cor

7. Corpus metaphoricum & metonymicum, ut: *Ramus* vid. *Mentzerus* n. 9. & corpus synechdochicum animam & totam personam comprehendens ut: *Cassellani* vid. *Mentzerus* n. 11. 9. Imò totam personam & simul beneficia, ut: *Zanchius*, *Pretorius* vid. *Brochmandus* l. d. 10. *Vendelinus* rectè corpus propriè sic dictum nominat, sed procul dubio subintelligit modo physico consideratum, prout tunc mensæ sanguini unitum assidebat. vid. *thesis*.

Quoad ipsam *presentiam*, in verbis institutionis fundatam, quæstio est: non de Christi pro divinitate accepti, sed veri ejus corporis & sanguinis præsentia, non naturali vel locali, quæ fiat per inclusionem con- aut transsubstantiationem, sed verè reali, corporali, non ratione modi sed ratione objecti & organi, nec etiam tantum nominali, Spiritu vel pane pro corpore, relatione & contemplatione & fide, pro præsentia, cælo pro terrâ substitutis, sed ut verè & substantialiter in terrâ, mystico & imperscrutabili, à spirituali tamen ob distinctam corporis & sanguinis præsentiam, distincto modo, quem Sacramentalem appellamus, præfens sit.

Errant Calviniani: I. quidam disertè adferentes præter panem & vinum non quicquam

quam adesse, ut *Zwinglius & Oecolampadius*.
 2. Tantum, quantum cœlum à terrâ ab-
 est, abesse à communicantibus, à pane &
 vino, à Sacramento, à loco in quo cele-
 bratur, ut: *Calvinus, Beza, Heidelbergenses*,
 vid. *Sigwartus cont. Parcum pag. 658.* 3. qui-
 dam præsentiam corporis concedentes,
 sed Deitatem, Spiritum, nomen, symbo-
 lum, *ἔξω*, memoriam, adfectum, effi-
 caciam &c. sub intelligentes, vid. *Mentzerus*
Tom. III. Gieß. D. 7. th. 16. ubi undecim
 ejusmodi perversiones congescit. 4. præ-
 sentiam spiritualem statuentes, quâ, ani-
 ma fidelis fide in cœlum usque eveharit &
 ibi per Spiritus efficaciam corpus Christi
 præfens sibi habeat, vid. *Mentzerus l. d.*
Disp. VIII. th. 11. 12. & cont. Sadeel. pag. 316.
326. Brochmandus de fid. justif. c. II. q. 3. &
22. pag. 411.

III. Corpus & sanguinem Christi, non tan-
 tum spiritualiter per fidem, sed etiam ore sacra-
 mentaliter non tamen Capernaîticè cum pane &
 vino sumi pag. 600. n. 6. & pag. 743. seq. Vid.
Mentzerus cont. Sadeel. Tom. III. Gieß. Ger-
hardus §. 173. Brochmandus c. i. s. 4. pag. 2080.
& c. II. q. 17. pag. 3043. Huijermus c. 3. pag. 718.
Dannhauerus Hodom. Phant. X. fol. 3265. 3282.
Baldwinus in 1. Cor. XI. pag. 2. q. 10. & 11.

Quæstio est: non de manducatione & bibiti-

one *spirituali*, quæ est improprie sic dicta manducatio, una actione totius Christi Redemptoris, quoad humanitatem, in V. T. in umbrâ, in N. T. verò ratione ipsius substantiæ cum omnibus beneficiis, in promissionibus Evangelicis, firmâ fiduciâ apprehensi fruitio, nec unum cum ipso ratione Spiritus efficiens;

Non de manducatione *Capernaïcâ*, quæ est Opinio ex ignorantia spiritualis manducationis orta, de manducatione carnis Christi sine medio, modo merè naturali, cum omnibus accidentibus & consequentibus vulgaris opinionis.

Sed de manducatione & bibitione *vera & reali* (quæ in genere est mediante ore alicujus rei extrinsecæ receptio & homini facta communicatio) *non tamen naturali*, quæ est nutrimenti calidi & sicci vel frigidi & humidî, mediante ore & linguâ corpori facta communicatio, quam consequitur masticatio, deglutitio, concoctio & superfluitatum expulsio; *sed Sacramentali*, quâ juxta Christi institutionem singularem ore corporis: primò *panis* (in manducatione) sed non seorsim & *corpus* itidem non seorsim, verùm unita, modo supernaturali & singulari recipiuntur, ut vera corporis Christi *κoinωνία* fiat, omnibus institutio;

gutio;

rationem in essentialibus observantibus; deinde & similiter *vinum & sanguis Christi* (in bibitione) unita supernaturaliter recipiuntur, ut vera & distincta sanguinis *noviæ* fiat participantibus.

Calviniani s. Sacramentarii omnes veram realiter præsentis corporis & sanguinis Christi participationem ore fieri in Cœnâ negant, vid. *Hutterus fol. 690. Hunnius in disceptis pag. 393. 413.* alioquin variant:

I. Quidam negant manducationem corporis Christi fundari in verbo edere, ut *Neomarpurgenses* vid. *Mentzerus Tom. III. Gieß. D. VI. th. 65.* II. Quidam sacramentalem manducationem solâ elementorum fruitione definiunt ut: *Joh. Naso & Alemannus Lugdunensis* vid. *Philippus Nicolai lib. 2. de omnipres. Christi. c. 4.* III. Quidam geminam manducationem à Christo institutam asserunt, naturalem & spiritualem ut *Bucanus* vid. *Gerhardus §. 175.* IV. Quidam manducationem corporis Christi in Cœnâ per ipsam fidem definiunt, ut *Zwinglius & P. Martyr* vid. *Eckhardus in Fascic. pag. 493.* V. Quidam per fructum fidei spiritualem nempe incorporationem ut: *Calvinus & Beza. VI. Wendelinus* nunc sacramentalem in symbolis nudis constituit, cui conjuncta spiritualis non semper sed quandoque fit: nunc

totum facit ex manducatione naturali & spiritali constans: spiritualem itidem quandam Sacramento Cœnæ peculiarem fingit.

IV. Panem & Vinum in Cœna Domini esse media exhibitiva sive πρῶτον οὐσῆς τῆς σαρκὸς τοῦ σώματος & sanguinis Christi, In, cum & sub quibus verè adsint, distribuantur & sumantur pag. 599. num. 1.2. pag. 726. 735. Vid. Gerhardus s. 96. Brochmandus l. d. Meisnerus part. I. Philos. sôb. s. 1. c. V. q. 7. Oslander in Euchir. cap. 2. q. 2.

Sacramentarii negant panem & vinum esse media exhibitiva, sed dicunt esse partim symbola seu tesseræ, quibus Christiani mutuò sese agnoscant, partim figuras similitudines & typos corporis & sanguinis Christi longissimo intervallo absentis; partim signa memoriæ conservandæ gratiæ instituta, quæ sigillorum & pignorum rationem habeant &c. prout recitat Form. Conc. pag. 602. num. 6.7.8. & ex Zwinglio Calvino, Beza, Bucero, Atusculo allegat Hutterus pag. 691. seq.

Porro non est de particulis: in, cum, sub, præcipua nobis controversia, cum in verbis re salvâ concedere aliquid legitimo modo possimus, sed de re ipsâ, Pontificiâ nempe transubstantiatione & Calvinianâ nudâ significatione, nec per illas (particulas) localis

calis inclusio, aut Physica coëxistentia, sed mystica unio (sicut scriptura in personalibus prædicationibus iisdem utitur) in sacra hæc actione insinuat, sicut & aliàs ad prædicationum comprehensivarum & exhibitivarum resolutionem ex communi consuetudine adhiberi solent.

Errant Calviniani eas rejicientes; quamquam inveniatur, qui iisdem particulis utatur, sensu licet Calviniano.

V. *Communicationem virtutis, operationis & meriti presentis corporis & sanguinis Christi, non tantum fidei spiritualiter, sed & ori sacramentaliter fieri, cum propter unionem sacramentalem panis & vinum verè sint corpus & sanguis Christi.* pag. 599. num. 2. pag. 730. 736.

Sacramentarii verò tantum fidei fieri asserunt, ita ut unio Sacramentalis nihil aliud sit quam similitudo sive analogia signi & signati, quatenus nimirum absens corpus & sanguis Christi cum pane & vino aliquid similitudinis habent, vid. ex Zanchio, Gualthero, Calvino, Scurmio, Hutterus pag. 693. Dannhauerus Hodom. Phant. X. f. 3260. in Definit. Cœnæ Calvin. f. 3250.

VI. *Sacramentalem & Spiritualem manducationem, de quâ posteriore Joh. VI. Christus præcipuè agit, accuratè distinguendam esse pag. 743. seq. vid. Menzerus, in Exeg. Chemnicis*

cuius part. II. Exam. C. T. pag. 664. Hasenref-
ferus in Loc. pag. 521. Gerhardus pag. 368.
siquidem Joh. VI. agitur de verâ Christi
carne *συνειδοχμῶς* pro toto Christo, non
râam ratione substantiæ, quàm efficaciæ &
beneficiorum considerato, ejusque man-
dicatione spiritali, eâdem cum bibitione
per fidem, cujus accendendæ & confir-
mandæ media sunt Verbum & Sacramen-
ta, sicque etiam Sacramentalis manduca-
tionis effectus est, non alia quædam sed
eadem manducatiō spiritalis Joh. c. VI.
descripta, licet per aliud medium pro-
curata.

Sacramentariū verò confundunt, dum
I. quidam caput sextum Johannis ad Cœ-
nam referunt, & *Oecolampadius* angelum
gladio igneo contra nos armatum vocat,
cui consentit *Orthodoxus consensus* & omnes
argumenta ex illo petentes contra Form.
Conc. sententiã vid. *Gerhardus* §. 179. *Hüt-
zerus* c. 1. pag. 687. *Osiander* in *Enchirid.* c. 2. §.
2. *Eckhardus* in *Fascio* c. XX. §. 3. §. 4. *Dann-
hauerus* l. d. f. 3014. II. Quidam de manduca-
tione Cœnæ agere negant, uti *Zwinglius*,
Calvinus (vid. *Cornel. à lap.* in *Joh. VI.* f. 342.
ubi de *Calvino* & *Papistarū* dissensione agit,
III. Imò quidam videntur etiam aliam spi-
ritualem manducationem in Cœnâ consti-
tuere

tuere



tuere ut *Martyr & Perkinsus*. IV. Alii vicissim de spirituali ut conjuncta vel pars est agi putant, ut *Vendelinus*.

VII. *Ascensionem Christi ad caelos & sessionem ad dextram patris ut & veritatem humanam naturam, praesentiam corporis & sanguinis in Cœnâ minime ob stare pag. 600. 751. 753. seq.*

Sacramentarii affirmant, quorum verba & dogmata recitat *Formula Conc. pag. 603. n. 11. 12. 13. pag. 758. n. 8. 9. & ex Bezâ, Danao, Walthero, Marlorato &c. Hütterus f. 695. seq. Gerhardus, Eckhardus, Brochmandus, Dannhauserus l. d. unâ cum resolutione objectionum.*

VIII. *Verba Institutionis in usu Cœnae Dominicae nequaquam omittenda sed publicè recitanda esse pag. 599. n. 4. 747. ob causas gravissimas indicatas pag. 749.*

Verborum institutionis primâ à Christo facta prolatio effectiva fuit, ex qua unio interrem caelestem & terrenam in actione sacramentali & inde profluens fructus dependet, atque hæc etiam hodiè efficax est: Eorundem verborum à ministro facta repetitio non est historica tantum, nec etiam magica, sed efficax sanctificatio, ex Christi primâ institutione profluens, eamque ad presentem actionem applicans & symbola

facramentalia ultra naturalem ad mysticum usum elevans.

Sacramentarii verò quidam non recitant sed omittunt atque contemnunt verba institutionis, vid. ex *Tigurinis*, *Zwinglio* &c. *Hutterus pag. 697.* nec verbo Christi, sed fidei præsentiam corporis & sanguinis Christi in Cœnâ assignant, ut: *Form. Conc. pag. 603. II. 14. pag. 759. num. 10.* indicat.

De unione Sacramentali Eucharisticâ, cujus jam mentio facta, ex *Form. Conc. pag. 599. num. 2. p. 730. 736.* vid. *Hutterus cap. 1. q. 4. pag. 710. Mentzerus Tom. III. Gicss. Disp. VI. rh. 19. seq.*

Unio sacramentalis cœnæ est panis & corporis non substantialis transmutatio & *μετθεσία* vel commixtio, aut *συνθεσία* vel localis & durabilis inclusio (talis *παραθεσία*) sed mystica & ratione modi spiritualis conjunctio, quâ vi verborum institutionis sunt unum Sacramentale, ita ut actiones sacramentales principales in institutione denominatæ quoad *δόνον* & *λήψιν*, in ipso sacramenti usu circa utrumque versari possint.

Errant Calviniani: I. analogiam sacramentalem in relatione & *χέσει* consistentem, unionem abolere fingendo vid. *Mentzerus Tom. III. Disp. 8. n. 3.* II. *χέσει* & relationem quandoque per præbitionem

toto

toto prædicamento dissidentem definien-
do, ut *Vendelinus* &c.

IX. *Non tantum dignos sed & indignos ve-
rum corpus & sanguinem Christi sumere sed ad
judicium pag. 600. num. 7. pag. 745. 746. vid.
Mentzerus Tom. III. Gieß. D. VI. th. 165. Hut-
terus L. C. 3. memb. 2. p. 723. & in Form. Conc.
art. VII. q. 5. pag. 672. Gerhardus S. 231. Meisne-
rus de sacram. D. XIIIX. th. 23. Gisenius Anti-
Cat. Disp. XIIIX. th. 60. Brochmandus cap. 1. f.
4. pag. 2082. & cap. 2. quæst. 19. vid. comment.
in 1. Cor. XI. & Chemnic. de fundam. Cœn.*

Quæstio est: non de *Judæis* & *Turcīs*,
sed *Christianis*, nec de illis qui edere & bi-
bere nondum possunt, pro quibus Cœna
non est instituta, sicque hospites dici ne-
queunt, sed de illis, qui in externo *Chri-
stianorum* cœtu versantur, & post debitam
explorationem à ministro factam (ne par-
ticeps peccatorum fiat) admittuntur, &
tamen, Apostolo teste indigni sunt, nempe
non oscitantes, quales & Apostoli in primâ
Cœnâ ex parte erant, nec infirmi in fide, pro
quibus hæc Cœna instituta; verum *impœni-
tentes*, sive sint manifestè athei & jure ex-
communicandi, per oscitantiam verò mi-
nistri admissi, sive sint oculi & hypocritæ:

Anne hi manducando in Cœnâ Domi-
nicâ tantum nudum panem & vinum acci-
pant?

piant? an non potius circa ipsum corpus Domini oblatum versentur, & in illud non simpliciter refectione sed indiscretâ manducatione organo oris, sed sine fide accipiendo peccent & reatum æterni iudicii sibi attrahant?

Sacramentarii negant, quorum verba recitat *Form. Conc. pag. 603. n. 16. pag. 759. n. 12. & ex Gryneo, Musculo, Calvino, Bucero, Aretio, Martyre, Hutterus, pag. 700. add. Osiander in Enchir. c. 2. q. 2. Eckhardus in Fascic. c. XX. q. 23. Brochmandus Tom. II. pag. 3049. Dannbauerus Hodom. Phant. X. f. 3251. ubi objectionibus Calvinianis respondetur.*

Errant verò Calviniani: I. qui tres conviviarum Classes faciunt: manifestè impios, qui symbola sola, hypocritas qui rem Sacramenti, credentes, qui fructum Sacramenti percipiant, ut *Bucerus vid. Hutterus in F. C. l. d. art. VII. q. 5.* II. qui indignos faciunt infirmos in fide, & vel corpus Domini accipere ut *Bucanus*, vel non accipere ut *Piscator* docet, vid. *Mentzerus l. d. T. III. Disp. Giesf. Disp. VI. th. 174. & Gerhardus §. 239.* III. qui incredulos solum panem accipere statuunt, qui vel Sacramento tenus sit corpus Christi ut *antiqua fides Cattorum*, imò sigillum sed sine corpore ut

re ut *Sadeel*, vel ne signum quidem sit, ut *Calvinus*, *Gryneus*, *Beza* vid *Gerhardus* l. d. IV. qui per crimen falsi Apostolico textui vocem (spreti) inferuerant vid. *Mentzerus* th. 185.

§. 3.

Ceremoniæ Coenæ Dominicæ à Sacramentariis impugnata, ad eiusdem partim præparationem partim administrationem & usurpationem pertinent.

Ad præparationem sive dignam usurpationem spectat privata peccatorum confessio & absolutio, quam ex artic. X. *Aug. Conf.* subintelligit & prærequirit *Form. Conc.* quoties de dignis convivis agit pag. 600. 746. vid. *Gerhardus* de Coenâ §. 247. de pœnit. §. 99. *Hutnerus* cont. *Tren. Parc.* C. XXIX. art. 17. *Sigwardus* l. XIII. c. 3. art. XVII. *Meisnerus* in *Colleg. Adiaph. Diss.* VII. *Brochmandus* T. II. pag. 353. *Gisfenius* de *Calvin. fug. Diss.* XXI. th. 34. seq. *Höpfnerus* in *Isag. de præp. ad Coen.* *Dannhauerus* *Hedom. Phant.* VI. f. 1334. X. f. 3068.

Quæstio est: an generalis vel specialis quorundam urgentium peccatorum sponte ministro privatim facta confessio ex liberâ

berâ

berâ Ecclesiæ etiam particularis constitutione, ut auditores melius informentur & remissio peccatorum in individuo applicetur, sit ceu Papistica simpliciter rejicienda.

Sacramentarii prout ipsam pœnitentiam cum partibus suis labefactant vid. sup. *Art. VII. n. 3.* & præterea in specie quoad contritionem vid. *Gerhardus Tom. 1. Dissp. de stud. piet. D. XI. th. 11.* quoad fidem *ibid. th. 12. seq.* quoad novam obedientiam *Dissp. XII.* ita I. clavium virtutè planè extenuant, ut *Zwinglius* vid. *Gerhardus de pœnit. §. 101.* II. Confessionem privatam liberam, ut Papisticam rejiciendam esse putant, ut *Calvinus Lavaterus in 2. Paralip. XXX. f. 197. 198. &c.* vid. *Sigwartius pag. 679.* *Eckhardus in Fascic. c. XVI. q. 4.* *Brochmandus de pœnit. Tom. II. Sect. V. c. 2. q. XXII. pag. 355.* *Hunnus in diascep. pag. 403.* *Mitiùs de confessione & absolutione privatâ sentiunt Beza lib. 1. Epist. Petrus Martyr part. 1. L. C. de Pœnit. §. 28.* *Lud. Bail. in practi Piet. c. XLII. pag. 503.* *Dav. Sachsè in Harm. Evang. f. 1538. 1701.*

Ad administrationem & usurpationem pertinent: I. *Placenta Orbiculares* sive hostiæ quas vocant aut oblata, de quibus vid. *Gerhardus §. 24.* *Hutterus c. 1. q. 3. pag. Baldurinus in 1. Corinth. XI. part. II. q. 5.* *Brochmandus*

mandus T. II. q. 20. pag. 3051. Gisenius in Calvinismo Disp. XXI. th. 38. Meisnerus in Colleg. Adiab. D. IX. th. 8. Hunnius in diascep. 416. Dilherrus qui oblata, ut in nostris Ecclesiis ita Basileæ & toto Angliæ Regno usitata asserit in part. III. Viæ salutis cap. 3. f. 322.

Quæstio est nõ præcipuè de nomine oblatorum, ex antiquo more & hostiarum inde quoque vel ratione usus ex unione partitific dictarum, sed de re ipsâ :

Anne panis quoad substantiam reveratilis sufficiat ut necessarius, Ecclesiæ verò liberum sit, de quantitate & qualitate ejusdem disponere, cumquè ab antiquis temporibus illi exigua quantitas placuerit, quæ & ipsa perquam commoda est, annè ob abusum post ingressum, sed jam penitus apud nostros sublatum in gratiam hostium veritatis mutatio aliqua institueda sit ?

Sacramentarii errant : I. ita usualem, urgentes panem, ut nonnulli fermentatos necessarios putent vid. Gerhardus §. 24. II. Incommodè edentulis panes crassiores offerentes, ut Diaconus Heidelbergensis offâ domi macerandum cuiquam suaserit, III. Panes nostros rotundos antiquissimis usitatos temporibus sarcasticè irridentes & contemnentes. Magis verò errat Beza
Cal

*Calvinum secutus, succedaneum rei terre-
næ in sacramentis admittens* Epistola 2. & 25.
vid. *Gerhardus* S. 22. *Hutterus* pag. 708.

II. *Fractio panis*, de quâ vid. *Mentzerus*
Tom. I. Gieß. Disp. VII. th. 5. Tom. III. D. 8. th.
*26. Tom. IV. D. 2. th. 91. in der Rettung und fer-
ner Aufsührung vom Brod brechen* pag. 59. *Finc-
kins in Dispp. de analogiâ. Meisnerus de Sacram.*
Disp. XX. th. 10. Colleg. Adiaph. D. 3. Gerhardus
S. 157. pag. 339. Hutterus cap. 1. q. 2. pag. 690.
Pelargus orthod. de fract. panis A. 1607. Gisenius
in Calvin. Disp. XXI. th. 16. seq. Brochmandus de
Cœnâ cap. 1. s. 4. q. 22. Meisnerus Philos. sob. p.
1. fol. 5052. Baldunus in 1. Corint. X. pag. 2. q. 5.
*Hunnus in diasc. pag. 418. (Zanchius apud De-
deken. in append. vol. I. pag. 2. Lib. III. s. 2.*
pag. 140.)

Quæstio non est de fractione ipsâ, ut a-
ctio ministeriali, quatenus præparatoria
est, cui in alterâ parte nihil respondet, & di-
stributioni inservit, pro quâ etiam apud
Paulam ponitur; sed de fractionis tempo-
re, ministro, modo, sine: Anne in ipsa ce-
lebratione Cœnæ à solo ministro Ecclesie
(manibus) necessariò ut actus principalis,
idque ob repræsentationem & analogiam,
instituenta, quorum prius libertati poste-
rius veritati contrarium.

Sacramentarii errant pro necessitate
fra-



fractionis analogica pugnantes, inter sese
verò quam maximè discrepantes: 1. de pa-
num numero. 2. de scissione vel per cul-
trum vel per manum. 3. de tempore uno
vel gemino. 4. de necessitate ad essentiam,
sine qua nõ sit Cœna, vel ad partè integran-
tem, ad principalè vel minùs principale.
5. de fine, qui non sit distributio, vel sit sed
cū repræsentatione. 6. de fractionis appli-
catione ad corpus Christi vel impropriâ vel
propriâ & suo modo in corporis & animæ
separatione, vel vulneratione vel ipsâ latif-
satione. 7. de correspondente actione
in alterâ parte. in fusione nempe in calicem
exalto, vel separatione à pane vel infusio-
ne in os. vid. *Gerhardus ex Menzero* §. 158.

III. *Smissonus* modus, de quo vid. *Ger-
hardus* §. 169. *Dedekennus Consil. Vol. 1. part. II.
Lib. 3. f. 3. num. 12. Brochmandus T. II. pag.
2088. 3032. Meisnerus Colleg. Adaph. Disp. IX.
th. 22. Gisenius de Calvin. fug. Disp. XXI. th.
50. Hunnius in diascep. pag. 419.*

Quæstio est: Anne necessariò vel ore vel
manu accipienda sit Eucharistia, an verò
potius receptus mos ad reverentiam faci-
ens temerè cum scandalo infirmorum &
triumpho hostium veritatis mutandus non
sit?

Errant Calviniani: 1. ad necessitatem

H

quog

quoad manus receptionem inclinantes. 2. superstitionis nostrum accipiendi modum accusantes. 3. ad analogiæ suæ in crustationem altero modo abutentes. vid. *Tarnovius de Ministr. lib. II. cap. 31. q. 4. p. 205.* (χερσληψαν vocat *Pelargus*, quam si scilicet tradatur in manus, melius putat adumbrare traditionem Christi in mortem *Bucanus*.)

De reliquis ceremoniis: altaris, incensarum candelarum, vestis albæ &c. vid. *Hœ in XVII. art. art. XV. fol. 182. Gedicens & Tauerus de altaribus. Meisnerus in Colleg. Adiaph. Disp. IX. Gisenius de Calvin. fug. Disp. XXI. lib. 42. seq. Hannius in diascep. pag. 408. 411. 415. 419. Eckhardus apud Dedek. in Append. vol. 1. pag. 146.*

ARTICULUS VIII.

De Personâ Christi.

§. I.

Quemadmodum præcedens de Coena Domini: ita subsequens hic de personâ Christi articulus, Calvinistis, Sacramentariis & Cinglianis præcipuè est oppositus.

Quod facillè liquet: I. ex controver-

fiz

sic de Personâ Christi origine, Calvinistis
 assignatâ in frontispicio sive præloquio
 pag. 605. 761. II. ex Sacramentariorum &
 Cinglianorum multoties iteratâ appella-
 tione *ibid.* III. ex eorundem à Luthero
 dissensione, objectione & refutatione pag.
 761. IV. ex Lutheri & orthodoxorum as-
 sectarum à Sacramentariis factâ accusatio-
 ne pag. 762. V. Ex Cinglianæ Alloceos
 rejectione pag. 770. VI. Ex status contro-
 versia formatione pag. 605. VII. ex sincerâ
 & contrariâ falsæ doctrinæ de personâ
 Christi collatione pag. 606. 609. seq. 762. 786.

§. 2.

Credit docet & confitetur hoc
 articulo Formula Concordiæ, na-
 turæ divinæ in Christo veritatem,
 quam Sacramentarii & Calvini-
 ani non uno modo oppugnant.

Thesis articuli est: in Christo esse di-
 vinam (& humanam) naturam, cujus pro-
 prietates sunt: esse omnipotentem, æter-
 nam, infinitam, pag. 606. num. 1. 2. 3. Chri-
 stum Jesum esse verum æternum Deum, ab
 æterno ex patre genitum pag. 762. rejectâ
 Arij blasphemiam, quod Christus non sit ve-
 rus, naturalis & æternus Deus pag. 610. n. 3.

H2

de quâ

de quâ verâ filii divinitate nullum apud verè Christianos est dubium, vid. Chemnicium Tom. I. Loc. Theol. pag. 128. ad 165. & in lib. de duab. nat. in Christo cap. 2. pag. 6. seq. Gerhardus Tom. I. de Deo filio S. 148. seq. & in Isag. Loc. pag. 193. seq. Mentzerus in Exeg. art. III. A. C. s. 4. n. 4. seq. Jac. Martini Dissp. VII. de eternaf. C. Dei. Balduinus Disp. de verâ Deitate Christi. T. II. Witeb. pag. 296. seq. Meisnerus cont. Socin. p. 426. Calovius cont. Crellium pag. 1031. ad 1474. Graevius in Heb. 1. & cent. disp. 4. & 5. Brochmandus Tom. I. art. V. c. 1. s. 2. & c.

Quæstio quoad Christi divinitatem sive DEi filii Deitatem est: de filiatione non per creationem nec per adoptionem nec per unionem (quæ alteram præsupponit) sed per veram propriam æternam, mutatione, successione, omnique defectu carentem, generationem passivam (quæ ita dicitur, non Physicè, sed Grammaticè, ut distinguatur à generatione activâ quâ, Pater generat) id est per communicationem, non specie sed numero ejusdem essentia, potentia (in operibus ad intra, per relationem distinctæ) gloriæ: qui *γεννητός υἱός* generationis respectu Patris, est planè idem cum spiratione, ut in Filio est, respectu Spiritus sancti, ut in quem humana natu-

na natu-



na natura per actionem mixtam est recepta.

Sed Calviniani hic gravissimè errant tum in dictorù scripturà falsis explanationibus (vid. *Hennius in Calv. J. d. a. z. & An. te Pareo Gerhardus Tom. II. disp. 4. de Harmon. Calvin. & Photin.*) tum incommodis locutionibus, quarum: I. *Wendelinus* nonnullas ipse rejicit in *Theol. Christ. pag. 105. 112.* II. quasdam retinet *pag. 105. 106.* III. quasdam alii magno cumulo congesse-
 runt, vid. *Joh. Matthæus in der Warnung vñ Calvinisten art. 5.* ubi demonstrat Lutherum prædixisse Spiritum Arianum in Calvinianis. *Heilbrunnerus Synopsi utraq. art. 2. Menzerus A. C. Exeg. art. 3. sect. 6. Gerhardus Disp. 7. de glor. DEit. 2. & Tom. 1. Disp. 3. de fundam. Consol. th. 61. Tom. II. Disp. 1. & 2. de Harm. Calv. & Photin. Graenerus in Harmonia. s. 3.*

Humanæ quoque naturæ in Christo veritatem articulus hic propugnat, quam Calviniani similiter labefactant.

Thesis articuli est: In Christo esse (divinam &)humanam naturam, cujus proprietates sunt: corpoream esse creaturam,

constare carne & sanguine, esse finitam & circumscriptam &c. pag. 606. n. 1. 2. 4. Christum esse verum hominem è laudatissima virgine Mariâ natum pag. 762. rejecto Marcionis figmento, quod Christus non veram humanam naturam animâ rationali & corpore constantem habuerit pag. 610. n. 4. de quâ verâ Christi humanitate seu humanâ natura nobis consubstantiali integrâ & ab eâ in personam desumptâ & nunquam depositâ vid. Chemnicus Tom. I. Loc. pag. 168. ad 182. & lib. de div. ab. nat. c. 3. pag. 12. seq. Gerhardus in Exeg. T. 1. Loc. IV. lib. 78. pag. 109. seq. Wilh. Lyserus Diss. de Humanit. Christi. Brochmandus art. XV. c. 3. 4. s. 1. seq. pag. 727. Meisnerus in Christol. Diss. 3. & Diss. de Deo in carne manif.

Errant Calviniani: I. actum secundum locationis, visibilitatis, palpabilitatis ad essentialia humanitatis proprietates referentes. vid. Brochmandus l. d. q. 6. 7. 8. Menzerus Exeg. A. C. art. 3. s. VI. n. 10. Meisnerus Philos. sob. s. 3. c. 1. q. 2. 3. 4. II. Ratione Incarnationis: (de qua vid. Gerhardus Loc. IV. s. 102. Meisnerus Christol. D. 3. Brochmandus art. XV. c. 5. 6.) Ii, qui naturam divinam filii Incarnatam negant, ut Beza, Darius, Zanchius, Sobrius vid. Gerhardus Exeg. Loc. IV. s. 110. Meisnerus de Deo in carne

carne manifeſtato *ib.* 66. 2. qui negant neceſſarium fuiſſe λόγος incarnari ut *Polanus*, *Pareus* *vid.* *Gerhardus* §. 111.

III. Ratione formationis (de quâ *vid.* *Meiſnerus* l. d. *ib.* 34. *Gerhardus* §. 113. *Chraſt.* *Matthia* l. 5. *Loſ.* 6. *Brochmandus* l. d.) incommodè loquuntur ex Calvinianis : 1. qui præparationem materiæ per motum factam non in instanti aſſerunt, ut *Zanchius*, *Polanus* *vid.* *Meiſnerus* *ib.* 35. 2. qui formationem ipsam etiam per gradus factam dicunt ut *Keckermannus* *vid.* *Meiſnerus* *ibid.* 3. qui scrupuloſâ modi indagatiōne in arcana ipsius naturæ nimium inquirent ut *Martinus* *vid.* *Meiſnerus* *ib.* 9. 4. qui animam Christi ex nihilo creatam aſſerunt, ut *Zanchius*, *Martinus*, *Bergius*, *vid.* *Meiſnerus* *ib.* 37.

IV. Ratione Nativitatis (de quâ *vid.* *Meiſnerus* *Chriſtol.* D. 24. *Brochmandus* *art.* XVI. *cap.* 1. *f.* 2. *Gerhardus* *de* *perſ.* *Chriſti* §. 145. *Chemnitius* *Harmon.* *cap.* 8. *pag.* 173. ubi quaestio est: de modo nativitatis: annè clauſo utero fieri potuerit, quod non negamus & quod ita factum ſit piam Patrum opinionem agnoſcimus; ex ſcripturâ verò, quæ naturalibus hîc utitur verbis, id probari non poſſe putamus.)

Errant Calviniani, qui non tantùm a-

etiam, sed etiam possibilitatem negant. vid.
Brochmandus l. d. q. uli.

s. 4.

Divina & humana natura in
 Christo personaliter unitæ sunt. ita
 prorsus, ut non sint duo Christi, u-
 nus filius Dei, alter filius hominis:
 sed ut unus & idem sit Dei & ho-
 minis filius, (quam unionem Cal-
 viniani variè impugnant)

Thesis hujus articuli hæc est *pag. 606. n. 1.*
 quæ explicatur *negative*, quod divina & hu-
 mana natura non sint in unam substantiam
 commixtæ, nec una in alteram mutata
pag. 762. positive, quod utraque natura reti-
 neat suas proprietates essentielles, ut quæ
 alterius proprietates fieri nequeant *ibid. &*
pag. 763. effective ratione triplicis *communi-*
cationis: I. *Hypostasios* ratione termini in
 quo; divina & humana natura ad consti-
 tuendum unum *ὁφισαμενον* (suppositum s.
 personam) sunt unitæ *pag. 606. num. 5.* non
 ut utraque sit persona separata, aut utraq;
 singularem personam constituat, sed ut u-
 nicam tantum personam constituent *pag.*
763. II. Naturarum per προχρησιν ratione
 extro-

extremorum quæ ununtur (atque hæc duo pertinent ad ipsam formam unionis) III. *Idiomatum* in genere sic dictæ, de quibus in seq. Rejicitur quoque Nestoriana personæ solutio seu divisio, & Eutychiana naturarum confusio. pag. 69. num. 12. 610. num. 1. 2. & pag. 762. 786.

De unionione personali videantur Theologis. 2. allegati & præter eos *Hennius ac Huterius* in *Locis Theol. Rungius* in *Disp. 2. Anti-Calvin. & Disp. Acad. III. pag. 63. seq. Menzerus T. I. Giesl. D. III. pag. 32 T. V. Marp. D. X. pag. 86. in Anti-Martin* 10 per tot. in *Martin. Elenchom. D. IV. V. & VI. a pag. 94. ad 200. D. VII. Anticroc. D. VI. Defens. A. C. cont. Pier. & Croc. pag. 61. seq. Disp. I. & II. Antistein. Meisnerus in Christol. & Disp. I. Schol. Acad. & mag. pier. myst. th. 81. Jac. Martini D. VI. Coll. I. in A. C. seq. Grauerus in art. 3. A. C. pag. 23. f. 9. Wellerus p. 2. Anti Masson. Disp. I. & II. Schroderus in Nestor. & Eutych. cont. Grab. Valherus Exerc. in fer. XXXI. pag. 78.*

De variis unionis modis *Meisnerus* in *Christol. D. VI. & IX. in mag. pier. myst. th. 16. Menzerus in Exeg. A. C. art. III. f. 6. num. 11. seq. Eckhardus in Fascio. cap. 4. Gerhardus in Exeg. L. IV. f. 116. Brochmandus de Christo cap. VII. f. 2. & cap. VIII. IX. Dannhaucus in *Hod. Phant. VIII. fol. 1460. seq.**

De Eutychnismo. *Hutterus lib. 2. cap. 1. §. 2. Brochmandus cap. VIII. q. 8. & 10. Gisenius in Zwینگlio Calvin. fug. part. 1. Disp. 17.*

De Nestorianismo. *Lutherus Tom. VII. Jen. f. 262. Hutterus l. d. f. 1. & refut. Orthead. Conf. p. 240. Schöderus de Eutychn. & Nestorianismo, Runo. us in Disp.*

De singularitate veræ humanitatis in Christo sine personalitate propriâ vid. *Meiserus in confid. Theol. Photin. c. 4. art. 2. p. 59. Brochmandus art. XV. c. 6. f. 2. q. 1. Gerhardus §. 93. 95. 96. Hunnius in de ascop. pag. 522.*

(Ubi quæstio est: non de naturali ordine, sed de singulari DEI & novâ operatione, annon divina potentia massam aliquam à Virginis substantiâ separare, & cum ita, animâ & corpore perfectis, extra suas causas singularis esse incipiat, subsistentiam propriam ex conjunctione & singularitate ordinariâ fluentem impedire, superiorem verò & divinam donare potuerit, ut ita actum subsistendi toto genere suâ naturâ præstantiorem hæc humanitas acceperit.) vid. *in f. §. 6. de communicatione hypostasicos.*

Errant Calviniani: I. qui accidentalem unionis modum in adjunctione statuunt. vid. *Meiserus in def. collat. Disp. VI. th. 83. Polanus, Goclenius, Martinus &c. statuunt*

quod

quod unio sit adjuncti & c. II. qui per actum secundum sustentationem nempe, ipsam unionem definiunt vid. *ibid.* 1b. 86. III. qui totum accidentale, integrale, essenziale per unionem factum statuunt vid. *Gerhardus Exeg. Loc. IV. §. 123. num. 3. 4.* IV. qui personalitatis communicationem & *ὁμοιότητα* unitatem negant. V. Qui *ἕξω* extra vel ultra carnem fingunt. vid. *Menzerus in conf. part. 2. contr. conversat. Preterea c. 17. §. 18.* VI. Qui duo *ὁμοιότητα* aliquando fuisse putant vid. *Menzerus Exeg. A. C. a 1. 3. f. 6.* VII. Qui unionem accidentalem faciunt & per quendam copulationem vel etiam adjunctionem ac *πρόσθεσιν* definiunt vid. *Menzerus num. 12. Gerhardus Diss. VII. de glor. Dei 1b. 15.* VIII. qui unionem localem faciunt ex qua Calvinianâ hypothesi, extra & ultra in hoc mysterio natum est. IX. Qui actum aliquem secundum gestationis, sustentationis formam unionis faciunt. X. Qui communicationem negant personæ vid. *Gerhardus num. 6. natura ibid. §. 152. idiomatum. §. 157. Hutterus lib. 2. cap. 2. f. 1.*

Communio, quam DEUS cum assumpto homine verè habet, summa est, siue humana & divina natura in per-

personâ Christi eo modo unitæ sunt,
 ut veram inter se communicatio-
 nem habeant. (cui naturarum com-
 munioni Calvinistæ quoque adver-
 santur.)

Sunt verba *Formale Conc.* quibus effe-
 ctum unionis personalis, nempe commu-
 nicationem naturarum non modò asserit.
pag. 607. num. 5. & pag. 765. sed & explicat:

I. *Remotivè*, non esse combinationem, ut
 cum duo asseres combinantur, ubi neuter
 alteri quicquam confert *pag. 607.* nec confu-
 sionem aut exæquationem, ut cum ex
 melle & aqua mulsum conficitur. *pag. 765.*

II. *Positivè*, sed veram & realem longè
 sublimiorem & ineffabilem *ibidem.*

III. *Assimilativè*, quam antiquissimi Ec-
 clesie Dd. similitudine ferri candentis
 itemquè unione corporis & animæ in ho-
 mine declararunt *pag. 607. 765. 778.*

IV. *Consecursivè*, unde promanat totum
 illud, quicquid humani de DEO, & quic-
 quid divini de homine Christo dicitur &
 creditur *pag. 607.*

V. *Enunciativè*, unde confitemur, quod
 DEUS sit homo & homo sit DEUS (quas *pre-
 dicationes personales* vocant) quod Maria
 fili-

filius appelletur & sit filius altissimi, quod Maria appelletur & reverâ sit Mater DEip.
607. 1. 6. 7. pag. 765.

De *communicatione naturarum* in Christo vid. Chemnicus lib. de duab. nat. C. V. pag. 31. Huttenus in Form. Conc. Art. VIII. c. 2. 9. 3. p. 774. c. 3. f. 1. pag. 144. Granerus Art. III. A. C. pag. 41. Meisnerus Christol. Disp. X. & XI. Rungius Disp. II. Anti Calvin. pag. 23. seq. Gerhardus in Exeg. Loc. IV. c. 8. th. 148. Calovius in Exam. doct. Calvin. de pers. Christi pag. 275. seq. pag. 364. seq. Dannhauerus Hodom. Phant. VIII. f. 1484. Brochmandus art. XV. c. 10. & II. pag. 772. seq.

Errant Calviniani consensum quidem verbis profitentes vid. Meisnerus l. d. th. 43. reverâ tamen negantes vid. Brochmandus l. d. pag. 775. Dannhauerus l. d.

De *propositionibus personalibus* (ubi concretum naturæ de concreto naturæ prædicatur ut: DEus est homo & homo est DEus Matth. XVI. 16. Luc. I. 32, 35. I. Cor. XV. 47. & in quibus, prædicatum & subiectum ex communiione naturarû, copula ex unione personali, terminus concreti de concreto naturæ explicari debet) videatur Chemnicus l. d. pag. 32. Huttenus pag. 752. Meisnerus Disp. XII. Christol. & pag. 1. Phil. sob. c. 5. q. 9. 10. seq. pag. 274. seq. Gesnerus in F. C. Disp. XII.

XII. c. 1. pag. 299. Jac. Martini Coll. III. theol.
Theol. Disp. VII. Mentzerus art. III. s. 4. n. 9.
Gerhardus Exeg. de Christo §. 155. Grauerus Abs-
surd. Calvin. cap. 1. pag. V. 1. ad 101. Calovius 1.
d. pag. 451. seq. Eckhardus c. V. Brochmandus
de Christo. cap. XIII. pag. 117. seq.

Errores Calvinianorum decuplices in
analyfi prædicationum personalium vid.
apud Gerhardum §. 158.

De Concreto & abstracto vid. Form. Conc. in
Catal. Testim. sect. 1. 837. seq. Chemnicus de d.
ab. nar. c. 1. Gerhardus in Exeg. L. IV. §. 164.
Mefnerus pag. 1. Phil. sob. s. 4. c. 5. §. 9. unica.

Errant Calviniani dum: I. dicunt ab-
stractum esse nomen substantivum, concre-
tum, adjectivum. II. quidam ex concreto
absolutum, & vicissim faciunt & personam
elisis naturis intelligunt. III. quidam ab-
stractum cogitatione à subjecto à seipso se-
junctum faciunt. IV. quidam concretum
pro personâ, abstractum pro naturâ sim-
pliciter accipiunt ut *Vendelinus*.

§. 6.

Cōmunicatio Idiomatum divi-
næ & humanæ in Christo naturæ ve-
ra & reali, tergemina est: proprie-
tatum, quæ *ιδιωμα*, operationum
quæ

quæ *κοινωνία*, & majestatis, quæ *μετάκοινα* dicitur, quas omnes Calviniani variis erroribus impugnant.

Triples est in unione personali communicatio: 1. Hypostaseos, ratione termini in quo. 2. Naturarum per *συνεχάσθαι* ratione extremorum quæ ununtur; atque hæc duo pertinent ad ipsam formam unionis. 3. Idiomaticum in genere sic dicta (quæ unionis consequens.) Ipsū verò idioma est vel formaliter alterutrius naturæ; hypostaticè personæ, vel formaliter unius, hypostaticè alterius naturæ in personâ, vel formaliter utriusque naturæ. De communicatione Hypostaseos vid *Mentzerus in admon. nova cont. Martin. lib. 62. Gerhardus §. 121. Brochmandus c. 9. Meisnerus Disp. Christol. 2.*

Quæstio est: non an humana natura subsistentiam habeat, vel unquam habuerit, à naturâ conditione emergentem, nec an realis transfusio personalitatis à naturâ unâ in alteram; nec an ex concursu duarum subsistentiarum una composita conflata sit; sed Annon humana natura perfecta naturaliter, propriâ tamen personalitate & ultimo subsistendi modo carens, ex unione personali hanc ultimam perfectionem adeptâ sit, ut cum sine omni sub-

sub-



subsistentiâ in nihilum redigenda foret, per subsistentiâ eternâ ipsius filii DEI. Iam etiâ subsistentiam acceperit, ut una simplicissima natura utriusque sit hypostasis?

Errant Calviniani: I. qui communicationem quidem factam dicunt, sed eam per ipsam unionem explicant. II. qui generationem, sustentationem, sine qua in nihilum redigeretur, sufficere putant. III. qui in præstantiâ donorum differentiam quarendam putant. IV. qui communicationem hypostaseos disertè tandem negant ut *Vendelinus* vid. *Meisnerus* ib. 16. B. o. b. mandu. 1. d.

De communicatione Naturarum vid. §. præced.

De communicatione Idiomatum in genere vid. *Chemnicus* de 2. nat. c. XII. pag. 74. *Hutnerus* in F. C. pag. 758. seq. *Gerhardus* in *Exeg. de Christo* §. 174. *Meisnerus* Diss. XIII. *Christol. Grauerus* in *Absurd. Calv.* c. 2. *Jas. Martins & Schroderus* in tract. *pecc. & de scap. Regali Christi* 1. c. 3. seq. *Vilb. Lyferus* Diss. de com. Idiom. *Venerus* pag. 2. *Anti. Masson.* D. 3. 4. & 5. *Dannbauerus* *Hod. Phant.* VII. pag. 1506. *Brochmandus* de *Christo* c. XII. p. 776. *Eckhardus* in *Fasc.* c. 6. (vid. locus *Maldonati* apud *Cornel. a Lap.* in *Job.* III. v. 13. fol. 292. a.)

Calviniani realem communicationem in supra dictis omnibus simpliciter negant vid.

vid. *Neoftradienſes in admonit. c. VIII. pag. 250.*
 &c. apud *Gerhardum in Exeg. S. 123. 152. 178.*
Hunnium in Diaſcep. p. 536.

Argumenta adverſaria refutat *Hunnus*
in Loc. col. 166. Hutterus in L. c. pag. 166. & in
Form. Conc. p. 80. Meisnerus & Brochmannus
l. d. Gerhardus l. d. & in orat. Tom. I. adjunctâ
Menzerus cont. Sâdecl. & Marrianum, Eckhar-
duſ in Faſoc.

Communicationis Idiomaticum tres gra-
 dus ſive genera facit & explicat *Form. Conc.*
p. 770. ſeq.

Primum eſt communicatio *idiomaticum*
 ſtrictè ſic dicta ſive proprietatum alteru-
 trius naturæ divinæ vel humanæ facta per-
 ſonæ in concreto de quâ vid. *F. C. l. d. & or-*
thodoxi Chemnicinus de 2. nat. c. XIII. ad XVI.
Hutterus in F. C. pag. 777. Geſnerus Diſp. XII.
c. 2. in F. C. pag. 301. Gerlachius in Diſp. cont.
Busæum, Calovius in Exam. doct. de perſ. Chriſtè
pag. 450. Steuberus Diſp. XI. Diſſert. Theol.
Hunnus in Diaſc. pag. 377. 536. Giſenius in
Zwing, Calv. fug. pari. 1. Diſp. V. præterea
prolixius Theologi Saxonici in Apol. cont. Tu-
bing. Sect. II. c. 6. pag. 2. ſeq. Menzerus in
Anti-Mare. pag. 190. Feurbornius in Synag.
Diſſert. 5. in præwor. ſect. 1. c. 7. pag. 53. ſect. II.
c. 4. pag. 122. ſect. III. c. 3. p. 13. ſeq.

Quæſtio eſt: Annon idiomatica omnia,

I

quæ

quæ alterutri naturæ, divinæ vel humanæ formaliter vel naturaliter conveniunt, tribuantur hypostaticè personæ, non ut alicui tertio à naturis realiter distincto, nec in abstracto, sed in duabus suis naturis (inter quæ est mutua permutatio, ut ipsarum naturarum, ita & idiomatum naturalium ratione) consideratæ, unde & denominatio personæ ab alterutra quandoque naturâ fit, ut hujus de prædicato participatio ratione unionis & permutationis indicetur; particulæ verò prædicato quandoque additæ (*Rom. VI, 5. 1. Per. I, 18.*) non sint separativæ vel divisivæ, ut humana tantum ad humanam, divina ad solam divinam referantur naturam (quomodo *κοινωνία* tolleretur) sed distinctivæ naturarum & naturalium proprietatum atque demonstrativæ causæ propriæ, ob quam per se subjecto conveniant?

Calviniani hoc primum genus oppugnant: I. Realem communicationem idiomatum negando, vid. *Mentzerus in Exeg. A. C. ar. III. f. 6. n. 18.* II. Communicationem verbalem tantum faciendo, *Oribod. Consensus. 48. Admonit. Neostad. c. 8. f. 25.* vid. *Geerb. Exeg. Loc. IV. f. 188.* III. per allœosin Zwinglianam aut Synechdochen unam naturam alteri in subjecto opponendo.



do & eandem excludendo, *Zwingolius volum.*
 2. *Opp. pag. 417. & 457. Conf. Orihod. f. 18. &*
112. Admonit. Neostad. pag. 50. 70. Castellani.
Pareus, Beza &c. vid. Hasenrefferus in Loc. de
Christo, Menzzerus l. d. n. 19. Gerhardus §. 195.

Secundum gentis est communicatio ope-
 rationum, ἐνεργημάτων seu ἀποτελεσμάτων,
 facta personæ secundum utramque natu-
 ram, de quâ *Form. Conc. pag. 773. & com-*
mentatores Gesnerus D. XIII. c. ult. pag. 3. 436
Hutterus pag. 786. Chemnicus C. XVII. pag. 18.
f. 105. Theol. Saxonici in Apol. cont. Tubing. sect.
I. c. 6. pag. 80. sect. II. c. 8. pag. 204. Gerhardus
in Exeg. de Christo §. 222. Fearbornius in Xenw-
σργα φ. sect. III. c. 5. pag. 52. Gisenius l. d. Disp.
IX. Calovius in Exam. doct. de Christo pag. 1095.
Brochmandus sect. VI. pag. 784. Streuberus Disp.
XIII. Dissert. Theol. pag. 1. Hunnius pag. 537.

Quæstio est: an non ἀποτελεσμα sit tale
 opus Mediatoris secundum utramque na-
 turam, in quo persona per utramque na-
 turam ut geminum principium, ἐνεργειαν
 utriusque naturæ (ita tamen, ut humana
 natura per actum primum non tantum ad
 actum naturalem sed & personalem ἐνεργει-
 ας divinam habens concurrat) exferat, in
 personâ verò ἐνεργειῶν, communicatio fiat,
 ut in officio unum ἐνεργημα seu ἀποτελεσμα
 prædicetur?



(*Ἐνέργεια* est naturæ operandi facultas. *Ἐνεργητικόν* s. principium quod, est natura. *Ἐνεργών* s. principium quod, est persona. *Ἐνεργημα*, *ἀποτέλεσμα* est opus, mediatorium secundum utramque naturam.)

Calviniani hoc secundum genus impugnant: 1. distinctas actiones divinas & humanas, in ipso officii opere producto, faciendo. 2. communicationem *ἐνεργειῶν* in hoc genere non agnoscendo. 3. humanam naturam tantum humana in officio peragere, scribendo. 4. & ita in rei veritate à divinis personæ operibus eam planè excludendo. vid. *Admonitio Neostad. c. I. pag. 22. c. VIII. pag. 273. Danens in Exam. cont. Chemnic. pag. 108. 157. Wendelinus lib. 1. Theol. Christ. c. 16. Bergius in Analyfi de pers. Christi th. 274. Maresius in Synag. Loc. X. th. 9. pag. 226.*

Tertium genus est communicatio *Μακίστης*, sive *χαρισμάτων* aut donorum infinitorum, facta humanæ naturæ in concreto (sive personæ secundum humanam naturam considerata) quod explicat *Form. Conc. pag. 773. ejusdem Apologia c. 2. pag. 37. Chemnicus de duab. nat. cap. XIX. ad XXVI. pag. 120. 154. seq. Menizerus in Anti Mart. cont. Sadeolem per totum. Hutterus cont. Sade-*

lem & in F. C. art. VIII. pag. 791. Gesnerus ibid. D. XII. c. 3. pag. 315. Gerhardus in Exeg. L. de Christo §. 201. Feurbornius in Sciagraph. Disp. I. Meisnerus in Schol. Acad. Disp. II. pag. 98. Mislenza pro Meisnero cont. Saxium. Schroderus in Apodixi de com. don. infin. pag. 110. & in seapr. Reg. l. i. c. V. ad VII. pag. 46. & lib. III. toto. Gisenius in Zwing. Calv. Disp. VI. VII. Calvinus in Exam. controu. V, pag. 583. VVellerus part. II. Anti Masson. D. VI. Steuberus dissert. Theol. D. XII. pag. 265. Brochmandus in L. de Christo c. XII. f. 6. pag. 789. seq.

Quæstio est: annon λόγος & carnem assumens, cum in sua naturâ immutabilis maneret, carni in ipsâ unione perfectionem, quæ supra naturam ipsius esset, addiderit, ita ut personalem suam subsistentiam in ipso λόγῳ habens, cum communicatâ personalitate, etiam plenitudinis DEitatis sic particeps facta sit, ut secundum actum personalem, pro ratione diversorum statuum, ex divinis proprietatibus communicatis in officio, prout placet, quandoque agere potuerit, jam verò plenariè agat, atque hinc de illâ, divina nomina, attributa & cultus, quatenus scripturam habemus præviam, verè & realiter prædicari possint?

Calviniani hoc genus impugnant in ge-

vere & gravissimè errant, quod communicationem vel tantum verbalem, vel factam DEitati, vel personæ quasi tertio, vel tantum finitorum donorum, faciunt, & nihil de humanitate Christi dici posse, nisi quod vel ipsa est essentialiter, vel subjectivè ei inest, statuunt. *Beza in Coll. Momp. pag. 265. & part. I. resp. ad Colloq. pag. 93. Danæus in Exam. cont. Chem. f. 294. Conrad. Bergius in prax. Cathol. div. Canon. Disp. VI. pag. 784. 785. Joh. Bergius in anal. controver. de pers. Christi. th. 288. Vid. Sigovarius cont. Pareum l. 3. c. 3. art. 2. pag. 562. 566. Eckhardus in Fasc. c. VI. pag. 103.*

In specie impugnant, factam carnī Christi communicationem:

I. *Omnipotentia*, de quâ vid. *Form. Conc. pag. 608. n. 11. pag. 781. & in Append. pag. 870. in comment. Hutterus pag. 803. Gesnerus Disp. XIV. c. 6. pag. 414. Chemnicus de 2. nat. cap. XXIV. pag. 165. Meisnerus Christol. Disp. 18. Gerhardus in Exeg. de Christo §. 214. Calovius in Exam. controver. VI. pag. 743. Brochmandus de Christo cap. XII. f. 7. pag. 792.*

Calviniani negant, *Admonit. Neostad. cap. VIII. pag. 255. 274. Confess. Palatin. in Syn. tag. Confess. pag. 209. Danæus in Exam. cont. Chemn. f. 363. Wendelinus l. 1. Christ. Theol. c. XVI. pag. 267. vid. Eckhardus in Fascic. c. VI. pag.*

pag. 120. Hunnius in diascep. p. 379. Dannhauerus Hodom. Phant. III. p. 722. Phant. VII. p. 1515.

II. Omniscientia, de qua Form. Conc. pag. 608. 781. in commentar. Hutterus pag. 809. Gesnerus pag. 362. Chemnicus l. d. pag. 474. Gerhardus §. 215. Meisnerus Disp. XIX. Calvinus in Exam. contr. VII. pag. 108. Brochmandus pag. 796.

Calviniani negant, Admonit. Neostad. pag. 81. Joh. Bergius in Anal. th. 236. vid. Eckhardus in Fascic. pag. 127. Gisenius in Zwing. Calv. Disp. VIII. Dannhauerus Hod. Phant. VIII. f. 1519.

III. Potestatis vivificandi, de qua Form. Conc. pag. 782. in comment. Hutterus pag. 816. Gesnerus pag. 34. Chemnicus l. d. pag. 175. Gerhardus pag. 216. Feurbornius Кевворыѣ. sect. V. cap. 5. pag. 189. VVellerus part. II. Anti Masson. D. VI. pag. 221. Brochmandus T. I. pag. 809. 810.

Calviniani negant, Beza in Coll. Momp. pag. 238. Danæus in Exam. Chemn. f. 338. vid. Eckhardus in Fascic. pag. 143. Gisenius Disp. IIX. Danhauerus Phant. VIII. f. 1515.

IV. Potestatis judicandi, de qua Chemnicus l. d. pag. 176. Gesnerus in F. C. pag. 340. Gerhardus in Exeg. §. 217. & T. IX. de ext. judic. §. 28. Feurbornius in Кевворыѣ. sect. IV. p. 209. Brochmandus T. I. pag. 806.

Calviniani negant *Admonit. Neoſtad.*
pag. 21. Polanus in Syntag. I. VI. cap. 69. pag.
516. vid. Eckhardus Fascic. f. 140. Dannhauerus
Phant. VIII. f. 1537.

V. *Poteſtatis remittendi & mundandi à pec-*
catis, de quâ Chemnicus l. d. pag. 197. & Har-
mon. Evang. C. XLIII. pag. 131. Gerhardus
in Exeg. S. 283. 288. Jac. Martini. Coll. I. in
A. G. Diſp. XIII. Feurbornius l. d. f. IV. c. 4.
pag. 169. & part. I. Syntag. pag. 704. Brochman-
us T. I. pag. 806.

Calviniani negant, *Daneus l. d. f. 374.*
 VI. *Cultus adorationis ſeu adorabilitatis,*
de quâ Chemnicus l. d. pag. 221. Hutternus in
F. C. pag. 818. Geſnerus pag. 331. Menzerus
in Anti-Martin. pag. 177. ad 190. Hunnius de
ſtatu Majeſt. c. XII. f. 263. Meiſnerus Diſp.
XXII. Chriſtol. Gerhardus S. 239. Rungius
Diſp. V. Anti-Calvin. VVellerus part. II. Au-
ti-Maſſon. D. VI. pag. 238. Feurbornius Fascic.
III. Diſp. VII. pag. 308. & in Kerwony. ſect. IV.
cap. 1. 2. 3. pag. 122. Calovius in Exam. contr.
X. pag. 1039. Brochmandus pag. 882. ſeq. Tob.
Major & Marthia Diſp. pecul. de ador. Chriſti
ſecund. carnem.

Quæſtio eſt: non an Chriſtus quâ homo
 adorandus, nec an Chriſti humanitas in ſe-
 ſe conſiderata ſit adorabilis; ſed an una
 adoratio, quæ cultus primæ tabulæ ſit, ad
 perfe-

personam fecundum utramque naturam, divinitatem quidem $\pi\epsilon\omega\tau\omega\varsigma$ & per se, humanitatem verò propter unionem dirigenda sit.?

Calviniani negant & errant, dum : 1. blasphemiã vocant adorare carnem Christi. 2. per allœosin Cinglianam pro filio Mariæ supponunt Deitatem. 3. per Synchdochen nomine totius personæ intel- ligunt ejusdem partem. 4. unum cultum sed non eodem respectu dependendum dicunt, verum pro discrimine naturarum. 5. cultum quendam intermedium vel mixtum fingunt. *Daneus cont. Chemnic. fol. 417. Pareus in Iren. p. 144. Vendelinus in Theol. Christ. pag. 273. vid. præter superius citatos: Huterus in Iren. cap. XXIX. art. 15. Sigovartus l. III. cap. 3. art. 15. Menzerus cont. Apol. Crocic. Disput. IIX. th. 45. Gerhardus Disp. VII. de glor. Dei th. 35. Gisenius Disp. I X. Zwingl. Calvin. fug. Eckhardus Fascic. p. 134. Hunnius diascep. f. 408. 412. Dannhaenerus Hodam. Phant. VIII. fol. 1520.*

VII. *Præsentia* (non tantum gratiosæ in Ecclesiã, mysticæ sive Sacramentalis in facrà Cœnã, & gloriosæ in cœlo beatorum, sed & *majestaticæ*, infinitæ & generalis in cœlo & terrâ, hoc est, *omnipræsentia*, de quâ *Form. Conc. p. 608. n. 11. quam non modò clarè*

asserit, sed etiam ex scripturis sacris p. 768.
ex B. Lutero pag. 753. 784. seq. ex ortho-
dâ antiquitate explicat & confirmat p. 876.
calumnias verò & heterodoxias rejicit pag.
610. n. 10. p. 787. n. 4. 878. f. X.

Vid. *Apol. F. Conc. b. 4. in comment. Gesnerus*
Disp. XIII. c. 5. p. 384. Hutterus p. 280. & in Conc.
contr. Hospinian. c. I. & XLVII. p. 319. Chemni-
cus de 2. nat. cap. 30. & 31. Decisio Saxon. c. 1. &
2. Ejusd. Apol. contr. Tubing. sect. II. c. 10. & 11.
sect. IV. cap. 1. 2. & 3. p. 709. Augapffels Haupt-
Vertheidigung. Hunnius de Stat. Majest. c. 11.
fol. 260. sent. Lutheri ibid. f. 281. Rungius Disp.
III. Anti-Calvin. p. 85. Mentzerus T. V. Disp.
15. in Anti-Martini. pag. 15. 50. seq. in Martini.
elenchom. Disput. I. & III. p. 58. in resp. ad def.
Croc. cap. IV. p. 7. D. X. Anti-Croc. p. 247. D.
41X. def. collat. A. C. D. II. Anti-Stein. thes. 78.
in brevi consid. I. Steinman. sub tit. Evangel.
Kirchen Bruderschaft. Disp. VI. p. 66. in Ne-
oess. def. contr. Tubing. per totum. Feurbornius
Tom. V. Marp. Disput. XXIII. ad XXVII. in
Fascic. toto. Συναξαϕ. Theol. dissert. VI. VII.
VIII. in Κερωσιγγαϕ. sect. I. & VII. Affelman-
nus in Invieta assert. de omnipraf. & ejus apolog.
item Censura censura Lampadiane. Schröderus
in scept. Regali Christi lib. 4. 5. 6. Meisnerus
Christol. Disp. XX. XXI. Gerhardus in Exeg.
L. de DEO s. 181. de Christo s. 260. Calvinus
in Exam. contro. IX. p. 945. Phil. Nicolai &
Be-

Bosfacus in tract. de omnipresentiâ. Brockman-
 dus T. I. art. XV. c. 12. f. IX. q. 3.

Quæstio de omnipresentiâ Christi est:
 Cum $\alpha\lambda\omicron\gamma$ tam essentia quam persona-
 litatis ratione sit extra omnes creaturas,
 ut in rerum creaturarum compositionem
 non veniat, per potentiam verò non absens
 utique operatione in omnibus creaturis
 pro liberrimâ voluntate sit, prout eas uni-
 versaliter gratiose vel gloriose conservat,
 sic autem in solâ humanitate Christi, sine sui vel
 in clusione vel humanitatis extensione rati-
 one suæ personalitatis, quæ aliàs extra-
 omnes creaturas est:

Annon hæc humanitas præter actum na-
 turalem, juxta quem est in certo $\pi\tilde{s}$, actum
 personalem illocalem, quo supra & extra (ne
 $\lambda\omicron\gamma$ ipse loco includatur) omnem lo-
 cum est, in ipso unionis momento, salvo
 actu naturali locali, acceperit, juxta quem
 $\alpha\lambda\omicron\gamma$ in carne habitat Coloss. II. 9. cap. I. 19.
 hoc est, non est extra carnem, nec caro ex-
 tra $\lambda\omicron\gamma\omicron\nu$, quem unionem nec ullus locus
 attingit, nec ipsa mors, naturalem unio-
 nem, per distincta $\pi\tilde{s}$ partium tollens, se-
 parare potuit:

Annon etiam ratione hujus actus perso-
 nalis, humanitatem actu naturali in certo
 $\pi\tilde{s}$ (& quidem in exinanitione non sine infir-
 mita-

mitatibus spontè assumtis) præsentem, divina natura ad suas in alio $\pi\alpha$ operationes, extra se ex liberâ voluntate dependentes, in ipso statu exinanitionis, quandoq; liberè adhibere potuerit, jam post *exaltationem* & sessionem ad dextram in omni $\pi\alpha$ semper adhibere velit?

Calviniani negant, uti ex Syntagmate Confessionum patet. Vid. *Humilitas in discept.* pag. 380. *Dannhaenerus Hodom. Calvin. Phant.* VIII. fol. 1782. *Eckhardus in Fascic. c. VI. pag. 148 158. conf. Lavaterus in 2. Paralip. c. VI. fol. 110. b. Strigelius ibid. f. 502. & in 1. Reg. III. f. 232. Amelius Lib. IV. de conscient. c. 49. XI. ubi Lutheranos ob defensam ubi-quitatem (i. omnipræsentiam) humanæ naturæ Christi, hæreticos esse judicat.*

§. 7.

Officium Christi tergeminum est: Propheticum, Sacerdotale & Regium, quod itidem à Calvinianis variè impugnatur.

De rationibus officii Christi, in declaratione secundi generis communicationis idiomatum, expressè ait *Form. Concord.* pag. 773. Christum esse nostrum Mediatorem Redemptorem, Regem, summum Pontificem, Pastorem &c. non secundum unam tantum, divi-



divinam vel humanam, sed secundum utramque naturam &c. vid. *Gerhardus Exeget. de Christo* §. 320. *Frantzins T. 1. V. reb. Disp. D. IX. pag. 678.* *Mentzerus. T. V. Marpurg. 1. ispp. XII. pag. 106.* *Meisnerus Ch istol. Disp. XLVII. Jac. Martini Coll. 1. A. C. Disp. 13. 14. 15.* *Helvicus Tom. IV. Giess. Disp. 7. 8. 9.* *Gisenius pag. 1.* *Zoving, Calvin. Disp. IX.* *Brochmandus Tom. 1. art. XVII.*

Calviniani impugnant & errant dum:
 I. Mediatorem quidem esse Christum secundum utramque naturam, non tamen omnia Mediatoria gesta utrâque naturâ absolvi statuunt. *Martenius in Exam. que-rel. & admonit. Mentzeri pag. 143. 144. vid. Meisnerus Christol. Disp. XV. reb. 23.* II. Soli carni Christi opera quædam Mediatoria assignant, *Marpurgenses vid. Meisnerus l. d. reb. 35.* III. Quidam Christo duplex dominium tribuunt, unum naturale cum Patre commune: alterum æconomicum ejus proprium vid. *Mentzerus in Anti-Croc. Disp. VIII. reb. 3.* IV. Quidam potestatem Mediatoriam mediam faciunt ita ut nec divina nec humana sit vid. *Idem reb. 41.* V. Quidam potestatem Mediatoriam geminam faciunt, ut *Wendelinus pag. 274. l. 1. cap. XVI.* & ita ipsum etiam officium, & officii causâ factam unionem dirimunt
 vid.

vid. Polyander in *Syntag. Exercit. Disp. XXIII.*
 pag. 223. Polanus l. VI. *Syntag. cap. 27. 28. 29.*
 Altingius part. 1. *Loc. Com. pag. 154. part. II.*
 pag. 545. Maresius in *system. Loc. X. pag. 222.*
 226. Admonit. Neost. c. I. f. 22. c. IIX. f. 273.
 Bergius in *Anal. de pers. Christ. ths. 174.*

De officio Prophetico vid. Meisnerus
 Christol. *Disp. XLVII. ths. 27.* Gerbardus in *Ex-*
eg. de Christo §. 322. Joh. Schmid. *Disp. ex*
Deut. XIII. 15. Brochmandus de *offic. Christi.*
cap. III. pag. 973.

Calviniani impugnant & errant: I. Ar-
 canam DEi voluntatem de salute nostrâ
 fingendo. II. Ex absoluto beneplacito,
 non verò hoc munere Christi prophetico
 salutem deducendo. III. Munus Christi
 propheticum per absolutum decretum
 simpliciter ad electos restringendo. IV.
 Evangelii annunciati ex intentione Chri-
 sti finem apud quosdam non illuminationem,
 sed execrationem esse docendo. V.
 Verbû & Sacramenta ab internâ efficacîâ se-
 parando. VI. & hanc humanitati Christi
 subtrahendo. vid. Calvinus in *Johann. pas-*
sim. Beza in *notis ad cap. 1. Johann. vers. 9.* Pis-
 cator in *Luc. II. vers. 10.* Polanus l. VI. *Syntag.*
Theol. cap. XIII. f. 398.

De officio Sacerdotali vid. Frantzius in
Schola sacrific. Meisnerus Christol. Disp. XLIX.
 pag.

pag. 615. & *Consid. Theol. Photin. pag. 809. 821.*
 & *Dec. III. Anthropol. Dissp. 24. 25. 26. Höpfnerus*
disp. de satisf. contr. Photin. Gerhardus in
Loc. de Justif. §. 36. Tom. II. Disp. de harm.
Photin. & salu. Disp. III. 1. bes. 25. & in Exeges.
de Christo §. 323. Schmid. in trib. Dissp. de offic.
sacerd. in gen. ex Hebr. IX, 11. 12. ejus paritib.
satisfact. ex Esai. LIII, 5. & Intercess. ex Heb.
VII, 24. 25. Hülsemannus Disp. de suffic. satisf.
 & *Merito Christi. Grauerus de satisf. Broch-*
mandus de offic. Christi pag. 987. Hunnius in as-
asc. pag. 384.

Quæstio quoad satisfactionem alteram officii sacerdotalis partem est non: an Christus servator noster sit, doctrinæ annunciatione, nec an sit exemplo, viæ demonstratione; nec an sit aliquali Patris acceptatione; sed an sit perfectâ satisfactione, ita ut imputatis ipsi nostris peccatis, pœnam à nobis promeritam perfectè sustinuerit & iram DEi placârit, nosque cum illo reconciliârit?

Calviniani impugnant & errant: I. Gratiam electionis intercessioni Filii & prævisioni meriti ejus, ordinis ratione præferendo, quo pacto hoc officium Christi penitus evacuatur (quia jam DEo reconciliati, Sacerdote & reconciliatore, non indigent) II. per absolutum decretum

tum quosdam à Christi merito excludendo. III. quibusdam ante Christum sine Christi merito fide apprehenso salutem assignando ut *Zwvinglius* quem defendit *Pareus* & *Massonius*. IV. Passionem Christi per allceosin, Synechdochen, & verbalem communicationem ad solam tandem humanam naturam restringendo. V. Humanam naturam in officio hoc tantum expropriate naturali agere fingendo. VI. Meritum per acceptationem Patris describendo (qui error ex prioribus duobus oritur) ut meritum in se non sufficiens. (VII. *Piscator* em inter suos tolerando, qui obedientiam activam à merito excludit, de quo *supra art. III. §. 5.*) VIII. Christum non intercedere hodiè pro nobis, in intercessione formali, sed tantum interpretativâ, cum Papistis & Jesuitis (*Espenceo*, *Estro*, *Tannero*, *Beccano* &c. statuendo. vid. *Piscator* vol. 1. *Disp. Loc. XI. pag. 219.* *Keckermannus System. Theol. l. 3. cap. IV. pag. 340. seq.* *Zanchius l. 3. de DEo. cap. 2. pag. 487.* *Pareus in Epist. Hebr. pag. 361. &c.*

De officio Regio vid. *Meisnerus Christol. Disp. XLIX. pag. 930.* *Gerhardus Exeges. §. 324.* *Schmidius Disp. IV. de offic. reg. in genere ex Apoc. XIX, 16. de Regno gratiae ex Psal. LXII, 29. Regno potentiae ex Matth. XXII, 18. & Re-*



ergo gloria ex Luc. XXII, 29. 30. Brochmandus
art. de offic. Christ. pag. 1002. seq.

Calviniani impugnant & errant: 1.
Christi humanam naturam à divino domi-
nio excludentes, vid. Gerhardus de gloria
DEI Diss. XI. 2. duplicem dominatum &
potestatem constituentem *idem* h. 17. *ibid.* 3.
virtutem gubernationis per verbum & Sa-
cramenta extenuantes. 4. quidam in Chi-
liastica fomina inclinantes, vid. Gerhardus
de consum. sec. §. 71. & in primis Piscator in ex-
plic. Apocalypseos 3. duplicem, uti pote-
statem, ita thronum gloriæ paternæ, su-
periores unum, alteram inferiorem, quæ
Christo secundum humanam naturam
competat, constituentem, Martinus in
Menz. anæthetum. cap. 10. & in spicileg. p.
250. Ursinus in explic. Catech. pag. 351. Bucannus
Loc. XXIX. q. 1. 6. Christum non præsen-
ter omnia gubernare, nec in Ecclesia, as-
serentes. Martinus in Instit. de præf. Christi
hom. cap. 7. & 8. pag. 204. seq. 7. Ad regnum
gratiæ solos electos pertinere, & qui ab
æterno ad istud prædestinati sunt, conten-
dentes. Wirakerus de Eccles. contro. II. q. 1.
cap. 7. pag. 30. seq. Polanus l. VII. Syntag. cap.
3. Bucannus Loc. XII. Riverus Cath. Orthodox.
tract. 1. pag. 286. seq.

K

S. 8.

Status Christi, quem secundum humanam naturam sustinuit vel admisit duplex est: Exinanitionis & Exaltationis, à Calvinistis itidem non uno modo impugnatus.

De status Christi agit *Formula Concordia* non modò breviter & incidenter pag. 608. n. 11. sed & prolixius ac evidentè pag. 767. 779. & ex eadem post sacras literas Orthodoxi.

De Exinanitione ejusque actibus & gradibus Chemnicus lib. de 2. nat. cap. XXX. *Hannus Tom. I. op. lat. L. de Christo cap. V. fol. 232. Gesnerus in F. C. Disp. XIII. c. 7. p. 429. Huttenus ibid. & in Loc. 2. c. 4. p. 147. Mentzerus Tom. II. Disp. Gieß. & in Disp. de 4. qq. tb. 141. Gerbardus in Exec. Loc. IV. c. XIV. §. 293. Meisnerus Christol. Disp. 46. Theologi Saxon. cons. Tubing. Decisi. c. IV. p. 65. & Apolog. f. 3. c. XII. seq. pag. 652. seq. Feuerbornius Dissert. 6. & seq. in Sociograph. & Keuwoyge. Schröderus in septe. Reg. l. 1. c. 2. & Thron. Reg. c. VIII. p. 98. seq. Gisenius in Zwingl. Calvin. part. II. Disp. I. Affelmannus in Synch. Exerc. Disp. I. & omnes qui in Philop. II. §. 6. 7. peculiariter commentati sunt. Feuerbornius*

Bornius Fascic. III. Schröderus loc. all. Broch-
mandus Tom. I. art. XVI. Althoffer part. II. An-
ti-Bernmanni pag. 265. ad 521. Glasius part. I. E-
pist. Dominic. pag. 781. seq. König Cent. I. loc. LX.
Dannhauerus Hod. Phant. VIII. fol. 1671. seq.
Eckhardus. c. VII. q. 1.

De Exaltatione Hunnius T. I. de pers. Chr.
cap. VI. fol. 236. Rungius Disput. IV. Academ.
Hutterus in Aug. Conf. Disp. X. pag. 312. seq.
Theol. Saxon. Apol. cont. Tubing. sect. III. cap. 6.
pag. 617. seq. Gerhardus in Exeges. pag. 1501. seq.
Mentzerus in Martin. Elenchom. Disput. VIII.
pag. 200. Schröderus in Thron. Reg. p. 146. Feur-
bornius in Κερωστυγε. sect. II. cap. 15. p. 110. Schmi-
dius Disp. de Exalt. An. 1650. Meisnerus Chri-
stol. Disp. XLVI. Brochmandus Art. XVI. Gi-
senius l. d. Disp. IV. ad VII. Dannhauerus Hod.
Phant. VIII. fol. 1675. seq. Eckhardus cap. VII.
sect. 4. 5. 6.

Calviniani prout Christum secundum
utramque naturam diversos status susti-
nuisse, ab initio unionis personalis usque
ad ascensionem suam in caelum, commu-
niter docent: ita impugnant:

I. *Exinanitionem*, ubi quaestio est, non de
humiliatione *ἑξήνῃ* in sensu Ecclesiastico,
quomodo Patres incarnationem *λόγος ἀν-
θρώπων αὐθῆς* appellarunt; sed de humilia-
tione proprie in sensu scripturae accepta

K 2

pro

pro verâ & reali aliquâ demissione (*Philipp. II.*) quæ non tantum est occultatio aliqua respectu nostri facta, sed vera intermissio plenarii exercitii operationum divinarum per carnem, & formæ servilis atque abjectæ vera assumptio, inque hâc perpessio summorum dolorum & ignominia usque ad mortem, quam humiliationem personæ quidem, sed secundum humanam naturam convenire asserimus.

Sed Calviniani errant: 1. humiliationem per ipsam incarnationem definiendo, atque ita λόγῳ ἀσδεῖω tribuendo. vid. *Mentzerus in Exam. demonst. Martiniana.* 2. Exinanitionem secundum utramque naturam factam asserendo. 3. Exinanitionem per occultationem respectu nostri tantum definiendo. 4. Evacuationem veram ratione officii divinitati tribuendo. vid. *Gerhardus in Exeg. S. 314. Meisnerus l. 4. th. 3.*

In specie quoad 1. *Passionem* (de qua vid. *Meisnerus Christol. Disp. 36. Brochmannus art. XVI. sect. 12. pag. 862. Gerhardus de provid. S. 121. Feurbornius Fascic. II. Disp. 1. 2. 3. Fascic. IV. Disp. 1. Fascic. V. Disp. 3.) errant:*

1. in *subiecto* passionem ad solam humanitatem per allæosin vel synechdochen referendo. 2. in *causâ efficiente*, sanctam & justam Dei actionem, cum peccatis Judæ & Judæo-

Judiciorum confundendo. 3. in *objecto*, pro quo passus est, id ad solos absolute electos restringendo. 4. in *forma*, obedientiam activam à passione separando. 5. in *fine*, ad Christum ipsum & angelos quoque illum extendendo. vid. *Feuerbornius fascic. 2.* ubi eorum verba citantur. 6. rursus in *efficiente*, ex absoluto decreto ipsas sceleratas hostium Christi actiones, in quibus mali, instrumenta DEI, ab illo impulsæ fuerint, deducendo.

Quoad 2. *sepulturam* (de quâ vid. *Meisnerus Disp. 39. Brochmandus sect. XII. fol. 912.*) errant ex Calvinianis quidam, qui: 1. illud quod post mortem in corpore Christi singulare est, nempe incorruptibilitatem, non attendunt, & corpus Christi mortuum cadaver appellare, ut *Calvinus, Beza in Act. 2. cap. 2.* sanguinem Christi computruisse & corruptum esse, scribere, ut *Curæus, Erasmus &c.* non verentur. vid. *Gerhardus T. II. Disp. fol. 1507. in Harmon. Evang. contin. pag. II. c. CLX. f. 527. & in Harm. Pass. cap. 18. Resurr. cap. 3. Gesnerus Disputat. XIV. in Form. Conc. cap. 3. pag. 477. Brochmandus de Christo pag. 913.*

II. *Exaltationem*, quæ statui humili verè sublato successit, de quâ quæritur: secundum quam naturam Christo tribuenda:

fit realiter? non secundam divinam; utpote
semper altissimam, adeoque nec ratione
incarnationis, quæ non finita; nec ratio-
ne exercitii & operationis cum Patre, quæ
nunquam cessavit; nec ratione manifesta-
tionis, quæ in statu humili quandoque fa-
cta; nec ratione agnitionis, quæ & tunc
apud quosdam fuit & nunc non est apud o-
mnes; sed secundam humanam naturam, quæ
non tantum verè sublatiis miseriis, dotibus
habitualibus glorificatorum statim in sum-
mo exornata gradu, sed ad dexteram Dei
super exaltata, plenariè utitur divinâ ma-
jestate, in adfuntione communicatâ.

Sed Calviniani errant docendo: I. Chri-
stum formam servi in exaltationis statu
non deposuisse, sed adhuc eam habere &
nostrum conservum esse *Daneus in Exam.
lib. Chemic. de 2. nat. f. 1447.* II. Christum
secundum divinam naturam exaltatum es-
se *Martinus in Menzero Antinuitetumeno*
&c. III. Christum per passionem sibi ex-
altationem suam apud Patrem promeruis-
se, vid. *Fourbornius part. I. Syntagm. pag. 726.*
IV. in extremo die exaltationem hanc de-
mum abolendam esse.

In specie quoad I. Resurrectionem (de qua
vid. *Hunnus T. I. Marp. Disp. XX. pag. 198.*
Gerhardus Tom. II. Dispp. pag. 1443. *Fourber-*



nium Fascic. IV. Disp. 2. p. 49. Meisnerus Christol. Disp. 41. 42. Wilsch. Lyserus Disp. de Resurr. Christi. Brochmandus Tom. I. art. XV. cap. 8. pag. 913.)

Errant Calviniani: I. in causâ efficientie humanam naturam excludendo & ad passionis meritum resurrectionem Christi referendo. II. in *subjecto*, quidam solam humanitatem, alii personam secundum utramque naturam ponendo, & sanguinem Christi in arâ crucis effusum excludendo. III. in *formâ* resurrectionis, clauso lapide illam factam, & per consequens glorificationis dotes negando. IV. in *sine*, impios excludendo & ad legalis fœderis formulam confirmandam referendo. *vid. sup. citati.*

2. Ascensionem, de quâ vid. Rungius D. VI. Academ. & Disp. VII. Anti-Calvin. Mentzerus Tom. V. Marburg. Disp. XV. pag. 130. Wunckelmannus Tom. I. Gressf. Disp. IV. pag. 113. Franzius Tom. II. VVireb. Disp. I. Huttenus de Christo cap. 5. Meisnerus Christol. Disp. 44. Gerhardus in Harmon. Ascens. Grauerus art. III. A. C. pag. 173. Dorscheus in Anti-Cogentia pag. 154. 218. seq. Hunnius in diasce. pag. 383. Brochmandus sect. XVI. pag. 937.

Quæstio hîc est: non de ascensione latè siq. dignâ, quæ etiam exaltationem ad dextram

DEI continet, *sed strictè*, quatenus ab eâ distincta, & est, quando *βαδύβρωπ* & secundum humanam naturam per motum localem & visibilem ratione initii & termini à quo, illocaliter & invisibiliter ratione termini ad quem, per modum corporis glorificati venit in *ω̄* beatum, à *ω̄* damnatorum distinctum, nobis incognitum, ut ad dextram Patris consideret.

Errant Calviniani: 1. ascensionem cum sessione ad dextram Patris confundendo. 2. ascensionem localem & visibilem tantum statuendo. 3. illocalem & invisibilem prorsus negando. 4. Christum in coelunc esse post ascensionem suam ita, ut corpore suo non amplius sit in terris propugnando. vid. Calvinistæ ubi de Ascensione agunt, & ex illis *VVendelinus in Theol. Christ. lib. I. cap. XLIX. pag. 412.* ubi errores Calvinianos cumulat.

3. sessionem ad dextram DEI. Dequâ vid. *Chemnicus de 2. nat. cap. XXIX.* ubi Antiquitatis orthodoxæ testimoniis eam illustrat. *Hutterus in Form. Conc. art. IIX. pag. 370. seq. Mentzerus T.V. Marburg. Disp. XIII. pag. 5. pag. 112. in Anti-Martin. pag. 447. in Resp. part. II. Contv. Pruten. Croitii cap. VII. pag. 41. in Defens. A.C. Disp. XLIX. thes. 9. in Anti. Croc. Disp. VIII. thes. 29. Schroderus in*
thro-

Chrono & scept. Regali Christi lib. II. à pag. 179.
 ad 31. Meiserus Christol. Disp. 45. Vnd and.
 Prob. Calv. Relig. cap. 8. Gerhardus in Exeg.
 s. 220. Feurbornius Fascic. IV. Disp. 3. 4. s. pag.
 92. seq. Κωνσταντ. Φ. sect. VII. pag. 134. ad 141.
 Dorschens in trib. dissert. ex Psal. CX. in pen-
 tatec. Diss. Theol. Glassius in com. Pf. CX. Broch-
 mandus s. 17.

Quæstio est: an Christus, qui secundum
 divinam naturam eandem cum Patre &
 Spiritu sancto dextram habet, & est dextra
 Patris *ἡνωσμένη* accepta; post resurrectio-
 nem & ascensionem, ad dextram Patris,
 vel secundum divinam, cujus præstantia
 in tempore mutari nequit, vel secundum
 utramque, vel secundum humanam natu-
 ram, confederit, ita ut acceperit ista in
 tempore & finita existens, dominium, ali-
 quot temporum vel locorum finibus (quos
 dextra Dei non admittit) circumscriptum,
 nec medium, quod inter finitum & infinitum
 non datur, sed verè divinum, super
 omnia creata etiam loca ac tempora, per
 præsentem potentiam, gratiam & glori-
 am, sine ullâ adhærente infirmitate liberè
 exercendam.

Errant Calviniani, dum sessionem ad
 dextram, quæ resurrectionem & ascensio-
 nem secuta: I. quidam ad divinam: 2. qui-

K s,

dam

dam ad utramque naturam referunt ut supra exinanit. & exaltat. 3. quidam dextram DEI sive sessionem ad dextram per certum caeli locum definiunt, sive locum in caelis, in quibus Christus cum Electis versetur, ut *Bullingerus in tract. de verbis Caen. & Compend. relig. Christi lib. VI. cap. 8. Confessio Helvetica artic. XI. 4.* quidam per auctoritatem & potestatem primariam, secundariam ac mediam, sive dominium medium officiale ut *Zanchius lib. 2. de Incarn. pag. 435. 437. Piscator in Psal. CX, v. 1. 5.* quidam per sedere ad dextram DEI, vel à certo loco in caelis capi, ut *Beza ad tert. part. Brentii de sess. ad dextr. vol. 1. Opp. pag. 601.* vel mediam quandam non divinam dominationem, ut *Zanchius & Piscator loc. all.* vel regnum & imperium Christo competens toti quidem personae, non verò naturae humanae nisi in persona, intelligi volunt ut *Maresius contror. I V. cont. Tirinam pag. 120. seq. & Syst. Theol. Loc. XI. p. 221. 6.* quidam per dominium inferius, quod perinde ut medium, DEitati tributum, veritatem ejus tollit. 7. quidam per dominium duplex & geminatum, quod & duplicem facit Dominum vid. *Gerhardus Tomo. 1. Disp. VIII. de glor. Dei thes. 17.* 8. quidam ex sessione Christi ad dextram DEI non probari nec probari posse ejus

seejus secundum carnem praesentiam in
terris, ut *Zwinglius Tom. II. in Exeg. p. 345.*
350. 355. ex recentioribus Maresius loc. all.
cont. Tirinum, vel potius, quem sibi in hac
causa elegit adversarium B. Meisnerum.

ARTICULUS IX.

De Descensu Christi ad inferos.

S. 7.

Thesis articuli orthodoxa est :
Descensus Christi ad inferos, licet à
veteribus nō eodem modo explica-
tus, simplicissimè tamen credendus
& docendus, aq; passione, morte,
& sepulturá distinctus & realis est.

Sic docet *Form. Conc. pag. 613. 788. ex Aug.*
Conf. art. III. fol. 10. Smalc. Art. p. I. art. IV.
fol. 305. Cat. min. fol. 371. maj. fol. 493. ex B.
Luthero ejusque conc. Torg. Tom. VI. Jen. A.
1533. fol. 76. seq. (confer Tom. VI. VVit. lat. fol.
643. 645. Postil. domest. conc. pasch. 1.) quam
explicant in commentariis *Gesnerus Hutterus,*
in *Locis, Idem Hutterus, Gerhardus & in*
Harm. Evang. de resur. cap. 1. in tractatibus
de hoc artic. *Cramerus & Eckhardus & hic in*
Fascic. cap. VII. s. 3. in Systemate Brochman-
us T. I. art. XVI. sect. XIV. in Christologiâ
Mei-

*Meisnerus Disp. XL. in Hodosophiâ Phenom.
VIII. & Hodom. Phant. VIII. fol. 1684. Danu-
baverus.*

§. 2.

Antithesis Calviniana est: De-
scensus Christi ad inferos, quocun-
que modo explicetur, non proprius
verus & realis, sed tropicus & me-
taphoricus est.

Quæstio est: non an detur aliquis de-
scensus Christi *metaphoricus* in passione ante
mortem, nec an post mortem sola anima
vel patiendo vel triumphando in *tr̄s* da-
mnatorum fuerit?

Sed annon detur quoque descensus *verus
& realis*, quo Christus *θεαυθεωτος* fuit
morte, in quâ secundum modum natura-
lem corpus in sepuchro, anima in para-
dilo fuerat, istis redunitis, & sic quoad hu-
manitatem vivificatus, in ipso momento
resurrectionis, damnatis spiritibus (homi-
nibus & angelis) illocaliter & gloriose
præfens, in ipsorum *tr̄s*, suam victoriam po-
tentissimè de morte & inferno triumphan-
do manifestârit?

Errant hîc Calviniani inter se & à se i-
psis quam maximè discrepantes vid. Ger-
man.

Pars speculalis.

Eckhardus Loc. de Christo §. 149. quatuor *Eckhardus* cap. 2. septem, *Meisnerus* *Disp. Christol.* 40. *eb.* 7. duodecim & alii plures Calvinianorum variantes sententias annotantes; inter quas eminent, qui diversas imò contrarias sententias conjungendo Pyrrhonicam Theologiam introducunt, ut *Pet. Martyr*, qui de sinu Abrahæ & statu mortuorum omnium communi exponit, & tandem nihil definit: *Bucanus* qui ex P.P. vel *Sohnii* vel *Calvini* sententiâ huic articulum intelligendum docet: *Berlinenses*, qui *Beza* *VV. rakeri ac Piscatoris* de sepulchro & *Calvini ac Ursini* de animæ angoribus opinionem conjungunt, *Bucerus* qui de morte, *VVendelinus* pag. 195. de posse loquitur. *Anhaltini* antiqui verò in *Confess. Neostad.* apud *Matthiam Harnisch*, gloriosum faciunt descensum, sed ad solam animam referunt.

Conf. Gesnerus in *Comment. F. C. Disput. XIV. cap. 3. fol. 467.* *Hutterus* *ibid.* pag. 954. 958. 985. 1017. *Brochmandus* & *Dannhauerus*, *Eckhardus* & *Cramerus* loc. dict. (ubi Calvinist. objectionibus responderetur) *Isagog. An- tipapist.* pag. 116. præterea *Chamierus* *Tom. II. Panstrat. lib. 5. cap. III. §. 10. cap. XI. §. 1. Re- vivus* in dec. psal. prophet. pag. 79. &c.

ARTICULUS X.

De Ceremoniis Ecclesiasticis sive
Adiaphoris.

§. 1.

Thesis articuli est: Ceremoniæ indifferentes sive ritus Ecclesiastici, in verbo DEI nec præcepti, nec prohibiti, sed ordinis tantum & decori gratiâ introducti, prout Ecclesia judicaverit ad ædificationem utiles esse, ratione libertatis Christianæ retineri & usurpari possunt ac debent.

Hoc vult Formula Concordiæ, quando contra Papistas, Philippistas, Interimistas &c. agens, ceremonias dicto modo describit & distinguit: I. in controversiâ à *Φορμῶν* & origine pag. 614. de quâ vid. *Hutterius* in comment. pag. 1027. II. in status formatione ibid. III. in sincera doctrinæ confessione num. 1. pag. 615. infalsæ rejectione num. 4. pag. 616. in solidâ declaratione pag. 789. seq.

De ceremoniis post *Gesnerum* & *Hutterum* in comment. Form. Conc. vid. *Meisnerus* de Legi-

Legi-

Legibus lib. IV. f. 2 art. 4. §. in Colleg. Adiaph. Mentzerus, Sigwartus, Lobeckius in art. XV. Aug. Conf. Brochmandus Tom. II. art XXXIX. pag. 406. seq.

S. 2.

Antithesis Calviniana est: Cere-
monia, ritus & adiaphora sunt
abroganda & ex Ecclesiis elimi-
nanda.

De hac antithesi ejusque praxi vid. *Hut-
terus l. d. pag. 1073. seq. Mentzerus in Exeg. A.
C. art. XV. Eckhardus in Fascio. cap. 21. Mei-
snerus in Coll. Adiaph. Gifemius in Calvinismo
Disp. XX. & XXI. Brochmandus l. d. pag. 406.
Dannhaeuerus in Hodom. Calv. Phant. VI. fol.
1240. 1329. Phant. IX. fol. 3017. conf. Isag. Anti-
papist. fol. 121. 122. Hunnius in Diascep. p. 404.*

Errores Calvinianorum de adiaphoris
possunt ad tres classes reduci:

I. Quaedam quae necessaria sunt pro a-
diaphoris habent, ut: aquam in Sacra-
mento Baptismi.

II. Quaedam quae adiaphora sunt pro
necessariis habent ut: panifragium in Sa-
cra Coena.

III. Quaedam quae adiaphora sunt sim-
pliciter rejiciant & eliminanda cupiunt.
Porro Quaestio est: Anne ceremoniae pro-
prie

præ sic dictæ prout sunt hominis actiones
(non verò actiones Dei in verbi prædica-
tione & Sacramentorum administratione,
quæ quandoque etiam tamen ceremonia
dicuntur) in Novo Testamento sint pars
cultus divini per se necessaria? Et annon
per Christum à jugo Legis ceremonialis
ita liberati sumus, ut non nisi quoad genus,
quod morale est, in ceremoniis per se
obliget?

Errat *Vindelinius in Theol. Christi.* p. 727.

1. Actiones Dei in verbo & sacramentis ad
cultum nostrum ceremoniale referens,
2. omnes actiones externas ad cultum ce-
rimoniale reducens, cum moralis eti-
am opere & ore præstandus sit.
3. cultum ceremoniale per se necessari-
um hodieque faciens.

De Ceremoniis circa Cœnam Domini
vid. *sup.* art. VII. §. 3.

Quid verò Calvinianis objectionibus
respondendum sit vid. *Hutterus* pag. 1074.
Eckhardus pag. 615. *seq.* *Dannhauerus* pag. 1247.
1340. *seq.*

ARTICULUS XI.

De Prædestinatione,

§. I.

A præscientiâ, quæ ad bonos
& ma-

& malos simul pertinet, uti differt
Prædestinatio: ita cum Electione,
quæ tantum ad bonos & dilectos
(ex hominibus) Dei filios pertinet,
coincidit.

Discrimen hoc accuratè observandum
urget *Form. Conc. & explicat pag. 617. n. 1. 2. 3. 4.*
& p. 798. seq. & ex eâ orthodoxi in *Form.*
Concord. commentariis Gesænerus, Hutternus,
Pet. Piscator. in *Enchirid. artic. XI. Chemni-*
nus in Locis Hennius. Hutternus, Gerhardus in
Syſtemate Brochmandus, in *Dispp. Menze-*
rus Tom. I. Gieß. Disp. XIV. Idem in Exe-
gef. Aug. Conf. art. VII. p. 301.

De Synonymiâ Prædestinationis & Ele-
ctionis vid. *Polyc. Lyserus Disput. II. th. 24.*
Mesnerus Anthrop. Disp. XV. qu. 1. th. 8. Ger-
hardus Tom. II. §. 28.

Quæstio est: non de usu vocis tantum a-
pud profanos, vel etiam apud Ecclesiasti-
cos scriptores, in latiore significatione,
quam dein ipsi restrinxerunt; sed quatenus
intentionem primam per media cum ulti-
mo fine connectit, & *πρωτοσημὸν* in scriptu-
ris ita dictum insinuat.

Contra statuit *Wendelinus pag. 118. Polac-*
us & plerique Calviniani, in primis verò

L

Bez.

Beza, Zanchius, Piscator, qui ad peccata & pœnas peccatorum homines prædestinatos asserunt. vid. Gerhardus §. 29.

De Prædestinatione angelorum, vid. *Menzerus Tom. I. Giess. Disp. XIV. th. 129. Polier. Lyserus contr. Polanum Disp. II. th. 93. Hutserus in Loc. de prædest. p. 775.*

Quæstio est de prædestinationis voce secundum usum scripturæ acceptâ, nempe de creaturæ rationalis, ad finem cœlestis beatitudinis, quem ex suæ naturæ conditione ac constitutione non habuisset, per Mediatorem directione; quam de Christo & angelis negamus.

Sed Calviniani: I. Prædestinationis vocem cum providentiâ confundunt, ut *Polanus in Didasc. de prædest. Wendelinus loc. d. vid. Lyserus l. d.* II. Prædestinationis species & partes, electionem & reprobationem faciunt, vid. *Eckhardus in Fasc. p. 30.* III. ad peccata & pœnas peccatorum homines prædestinatos asserunt. vid. *Gerhardus §. 29.* IV. Mediatorem conservationis angelis assignant, juxta *Calvinum in Genes. 1. & Coloss. Polanus & Bucanus,*

§. 2.

Prædestinatio non in arcano Dei consilio scrutanda, sed in Verbo Dei,

Dei, in quo revelatur, quærenda est.

Sunt verba *Form. Concord.* in affirmativâ p. 618. n. 5. quæ pluribus explicantur, additis absurdis, incommodis & periculis, quæ exnudâ, arcani, cœlestis & imperscrutabilis consilii, sive absconditæ & occultissimæ abyssi divinæ prædestinationis pervestigatone, sequuntur, eorumque remediis insalida declarat. p. 800. 802. 804. 806. 816. *contr. Lutherus in cap. XXVI. Gen. Tom. VI. VVit. lat. fol. 385. & Tom. XI. VVit. serm. f. 58.*

Sed Calviniani: 1. Electionem & reprobationem, expulso fidei & incredulitatis respectu, in arcanâ & absconditâ Dei voluntate ponunt. vid. *Mentzerus in Exeget. Aug. Conf. art. VII. pag. 350. Osiander in Enchirid. cap. VIII. qu. Hafenrefferus in Locis p. 246. Eckhardus in Fascic. cap. XV. qu. 3. p. 314. Gisenius Calvin. is. Disp. X. p. 114. & in Zuvig. Calvin. is. p. II. Disp. VIII. Brochmandus T. 1. pag. 648. Müllerus in absol. decr. c. I. p. 16. n. V. & pag. 20. n. VII.*

2. Electionem seu decretum salutis infallibile, fidei fundamentum faciunt. vid. *Hannius in diascep. p. 440. 610. (Luthers verba in præfat. Epist. Roman. s. Am 9. 10. und 11. Capitel. (quibus, non sine additamentis suis, abutitur Sachsus*

Harm. Evangel. conc. LXXXVI. fol. 519.) daher/nemlich aus der Versehen Gottes/es uns sprünglich fleusset / wer gläuben oder nicht gläuben soll etc. includere propositum seu antecedentem voluntatem & dispositionem, quæ fons fidei est, Lutherus ipse docet in *Postill. Eccles. part. II. fol. 109. a. ibid.* ad universalem Evangelii promissionem deducit, perinde in *prafat. ad Rom.* & abusum verborum suorum, de Deo abscondito (S. prædestinatione Dei absconditi) excluso revelato, prævidens & prælagiens, contra eundem protestatur, *Tom. VI. lat. VVteb. fol. 387. a.* ut alibi in libris suis passim, sich. I. in cantione q. Cygnea super Genesin cap. XXVI. 3. Doctrinam de gratiâ Dei absolutissimâ, cor Ecclesiæ suæ esse fatentur *sess. XLII. Synod. Dordr. pag. 212. Müllerus pag. 31.*

§. 3.

Deus omnes sub incredulitatem conclusit, ut omnium misereatur & non vult quenquam perire, sed potius ut omnes convertantur & in Christum credant.

Ita ex *Roman. XI. Ezech. XIIX. & XXXIII. I. Johan. II.* veram sententiam de prædestinatione

natio.



natione ex Evangelio Christi descendam
 exponit *Form. Concord.* p. 619. repetit pag. 804.
 & tanquam erroneum, falsum, horrendum
 & blasphemum dogma rejicit, quod Deus
 nolit ut omnes homines pœnitentiam a-
 gant, Evangelio credant & salventur p. 621.
 n. 1. & 3. vid. *Gesnerus in comment. Form. Con-*
cord. Disp. XVII. cap. 1. p. 659. seq. Hutterus pag.
1092, 1189. Meisnerus Anthropol. Dec. II. Disp.
qu. 2. Gerhardus Tom. II. Loc. com. §. 57. de E-
lect. Brochmandus Tom. I. System. pag. 578. seq.
Müllerus de abs. decr. cap. II. p. 31. & c.

Sed Calviniani hunc ipsum errorem pro
 veritate amplectuntur, voluntatem Dei ge-
 neralem negant, commentum cerebri hu-
 mani vocant, vid. *Müllerus l. d. c. I. p. 4. c. II.*
p. 31. 66. (Sachsus in Harmon. Johan. III. Conc.
XXXVI. fol. 218. Matth. XI. conc.
LXXXVI. fol. 523. Ravanellus in Bibliothecâ Sa-
crâ V. Dilectio fol. 464. 465. & Mundus, fol. 119.
vid. Inf. §. 4. Gisenius Calvin. Dis p. XI. p. 125.
Zwingl. Calv. D. X. part. II. Eckhardus Fabric.
c. XV. q. 7. p. 333. Hunnius in diasc. p. 606. 608. 610.

Et licet *Johannes Camero*, & *Moses Amy-*
raldus in Galliâ, *Johannes Bergius* & *Ludo-*
vicus Crocius in Germaniâ ad alliciendos ad
 se, ut palàm profitentur Lutheranos, hypo-
 theticam quandam Dei erga singulos ho-
 mines lapsos benevolentiam, si omnes cre-

dere possint, confinxerint (licet in centro doctrinæ Calvinisticæ , de absoluto & particulari decreto, uti *Professores Leiden- ses*, nec non *Petrus Molinaus* & *Andreas Rivertus* in Censuris suis asseverant, cum cæteris conveniant) cæteri tamè negârunt in Lutheranorum gratiam etiam hoc fascino utendum esse, vid. *Hulsemannus* in *præfat. Instruct. de Phrasi Majorist. l. i. C. & Disp. II. de grat. convers. cap. I. rh. 1. S. 4. seq.*

S. 4.

Uti Christus est liber vitæ, in quo inscripti & electi sunt, qui salutem æternam consequuntur, & qui omnibus hominibus sese, Redemptorem offert: ita humanum genus per Christum verè redemptum & cum Deo reconciliatum, adeoque gratiæ & salutis acquisitio universalis est.

Ita non modò solam Dei misericordiam & sanctissimum Christi meritum electionis causam *Form. Conc.* constituit, sed & universalem redemptionem asserit *pag. 618. 621. 802.* & in manifestis scripturæ testimoniis stabilit *pag. 805.* de quâ universali redem-

demitione sive merito Christi vid. in comment. Form. Conc. Gesnerus Disp. ult. c. 2. p. 670. Hutterus pag. 115. 119. Meisnerus l. d. Disput. XIII. qv. 1. & D. XV. Oslander Enchirid. cap. VIII. qv. 3. Eckhardus Fascic. c. XV. qv. 6. p. 322. Gerhardus T. II. S. 106. Adversariorum confessio veritatis ibid. S. 115. Gisenius Calvinif. D. XII. Zwingl. Calvin. Disp. XI. XII. XIII. Brochmandus Tom. I. pag. 593. 989. Müllererus cap. III. p. 82. (Augustinus & Theophylactus notant, Christum hoc sine incarnatum esse, ut omnes homines salventur, idque ipsum ferri oportere & velle: quare quod multi ex eis damnentur, per ipsos stare, nec Christi, sed ipsorum esse culpam. Cornel. à Lap. in Johan. III. v. 17. pag. 294. b.)

Sed Calviniani uti Christum ab Electionis decreto remouent: ita pro omnibus & intentione omnes redimendi mortuum esse disertè negant Vendelinus l. 1. cap. XVII. Theol. Christ. pag. 385. adeò, ut illi quibus iussa Dei annunciatur mors Christi ut credant, non teneantur credere: Idem ibid. pag. 391. &c: si impenitentes crederent Christum pro illis esse mortuum, MENDACIO crederent. Calviniste in Gelloq. Hagensi edit. Brandii p. 156. Hinc: Christum, licet pro omnibus mortuus dicatur, ratione valoris & efficaciam mortis in se considerata, tamen ratione fructus & communionis, effecti & ope-

rationis in hominibus, pro omnibus mortuum esse negat ex *Bergio Sachsus Homil. CLXIV fol. 1116. Ravanellus Bibliorb. Sacr. V. D. lect. o fol. 464.* Ex eo quod Deus filium misit ad eos salvandos qui credent in ipsum (sicut h. l. *Johan. III, 16.* docetur) adeoque ad quosdam homines tantum salvandos, constat hominum genus à Deo valdè diligi. Itaque ex Dei in mundum, id est, genus humanum dilectione, perperam colligitur Christum omnibus & singulis hominibus, pariter electis & reprobis salutem acquisivisse: nam datio seu missio ejus ad solos credentes manifestè restringitur: sed & hinc mundum non pro toto genere humano, sed pro solis electis accipi, ut a tibi sæpè non sine ratione dici potest: qua de re vide *MUNDUS num. 3. dist. 4. fol. 119.* (contra vid. *Gerhardus Tom. II. L. C. de Elect. s. 108.*) Patet hinc quàm necessaria & salubris admonitio sit *B. Hülfemanni in orat. E. des fol. 66. 207.* de *Ravanelli Calvinistæ Bibliothecâ junioribus* cautè legendâ, quia viam sternit universæ pfeudermentæ testimoniorum *Biblicorum*, & est liber junioribus valdè noxius, ob corruptelas singulis fermè vocibus studio affectas, cujusmodi & *Piscatoris Biblici Indices* sunt. vid. *Gerhardus Tom. II. S. 116. p. 243.*

Hunni-

Hannus diaſcep. p. 384. 614. 616. 622. 626. 628.
630. Müllerus cap. 1. pag. 6. & 16. cap. III. pag. 8.

Quid Calvinianorum exceptionibus &
objectionibus respondendum ſit vid. Ger-
hardus pag. 237. 248. Eckhardus Giſenius l. c.
Müllerus l. d. cap. III. pag. 120. ſeq.

§. 5.

Prout Patris gratia & dilectio, nec
non Chriſti meritum & ſatisfactio :
ita gratiæ & meriti oblatio (ſive ad
gratiam & ſalutem vocatio) ut &
applicatio ex intentione DEi, uni-
verſalis eſt.

Quod ipſum *Form. Conc.* non modo aſſe-
rit pag. 618. 7. & pag. 804. ſed etiam mani-
feſtis ſcripturæ testimoniis, de omnium
peccatorum ad pœnitentiam vocatione,
universali Evangelii promiſſione & divina
intentione probat pag. 805. 815. objec-
tionem de multorum vocatione & paucorum
electione pag. 619. 807. de diſpari Evangelii
donatione & conſeſſione pag. 813. (vid. Lu-
therus part. II. poſtil. Eccleſ. fol. 110. a) de pa-
tris cœleſtis tractione pag. 818. ut & de pec-
catorum per peccata punitione & Pharao-
nis induratione declarat & refutat. pag. 820.

Vid. in comment. Geſnerus Diſp. ult. cap.

L 5

III.

III. pag. 687. Hutterus pag. 1191. Gerhardus T. II. §. 124. de aduersar. confess. §. 266, 267. Meisnerus Anthropol. Dec. II. Disp. XIII. q. 2. Eckhardus Fascic. cap. XV. q. 7. Gisenius pag. II. Zwingl. Calvin. Disp. IX. pag. 130. Roberus Disp. pecul. de uniuers. vocat. ex 1. Tim. II. v. 4. Brochmandus Tom. I. pag. 585. Dannhauerus Phant. IX. pag. 1903. Müllerus in abs. decr. cap. IV. pag. 157. conf. sup. Art. V. §. 1. n. II. III.

Sed Calviniani hanc uniuersalem uocationem negant, particularem affirmant: quosdam non vocari per concionem Evangelii ad uitam æternam, scribit Sachsus Harm. Evang. conc. CCX. §. 1383. vid. Gerhardus l. d. §. 132. seq. Eckhardus Hulsemannus Disp. II. de grat. cap. 1. §. 2. pag. 337. Dannhauerus pag. 1840. seq. Müllerus pag. 9. §. 178. Ubi etiam Calvinianis objectionibus respondetur.

§. 6.

Vocatio ad salutem non est ficta & simulata, sed seria & efficax per Verbum, per quod DEUS vult, ut vocati illuminentur, convertantur & saluentur.

Id quod Form. Conc. claris verbis expresserit scripturâ affirmat & explicat pag. 805.

con

contrarium verò tanquam falsum & blasphemum rejicit, pag. 621, n. 2.

De orthodoxâ thesi ejusque fundamentis v. Müllerus cap. V. pag. 245. seq. Eckhardus Falce. cap. XV. q. 6. pag. 342. Brochmandus q. XXVII. & XXVIII.

De confessione adversariorum Hunnius in discep. pag. 542. 558.

De Calvinianâ antithesi Müllerus pag. 10. De distinctione in voluntatem signi & beneplaciti, externam & internam, efficacem & inefficacem, Meisnerus Dec. II. Anthropol. Disp. XII. q. 1. thes. 23. Gerhardus Exeges. thes. 268. T. II. de provid. §. 113. Disp. VI. de glor. DEi thes. 3. de gratiâ sufficiente & efficaci Hulsemannus Disp. I. de grat. conv. thes. XI. XIX. XX. &c. Dannhauerus Phant. II. pag. 738. Phant. VI pag. 1196. Hunnius pag. 555. 559. 562. Eckhardus pag. 341. Brochmandus T. I. pag. 609. 571. 574. Müllerus pag. 251. seq.

De Calvinianis objectionibus Eckhardus pag. 345. Müllerus pag. 285.

§. 7.

Electio seu prædestinatio salvandorum, in Christo, & nequaquam extra Mediatorem Chri-

stum

stum, fide apprehensum, confideranda est.

Sunt verba *Form. Conc. pag. 814.* asserta ex *Ephes. 1. cap.* Christus est liber ille vitæ, in quo omnes inscripti & electi sunt, qui salutem æternam consequuntur *pag. 618. n. 6. pag. 804.* Paulus hominem deducit ad fidem in Christum *pag. 619. n. 10.* dubium non est, quin DEUS exactissimè & certissimè ante tempora mundi præviderit, quinam ex numero vocatorum in Christum credituri & in fide perseveraturi sint. *pag. 812.*

De Electionis definitione vid. *Monzerus Diss. XIV. thes. 10. & in Exeg. A. C. art. VII. s. 2. §. 2. Meisnerus Diss. XIV. q. 3. Gerhardus de elect. §. 217. Brochmandus art. XIV. s. 3.*

(Electio est decretum DEI æternum, in applicatione ad objectum externum, consideratum) quo ex merâ misericordiâ omnibus lapsis hominibus remedium in Christo offerre, & quos in individuo videt, illud in Evangelio oblatum virtute spiritus sancti fide accipere, & non propriâ incredulitate finali repudiare, illis æternam gloriam conferre vult.)

Deside in Christum prævisâ vid. in comment. *Gelnerus Diss. XVI. cap. 3. q. 5. & 6. Husterus pag. 1121. Gerhardus Tom. II. §. 147.*



161. *Eckhardus cap. XV. q. 9. 10. & 12. Broch-*
mandus T. I. art. XIV. cap. 3. q. 3. & 4. Müll-
lerus cap. VI. pag. 299. 302.

Sed Calviniani variè errant, statuendo,
 DEum non intuitu fidei in Christum ele-
 gisse sed ex absolutâ voluntate, nec Chri-
 stum esse causam electionis. vid. *Gerhardus*
de Electione s. 157. 167. Eckhardus l. Hunnius
diasep. pag. 375. Müllerus cap. I. c. pag. 16. &
cap. VI. pag. 315. ubi simul objectionibus re-
 spondetur. In specie:

I. Quoad causam Impulsivam Quæstio est:
 I. de causâ ~~æquivalens~~ irritante, quæ
 misericordiæ objectum esse potuerit, &
 hæc peccatum est, non ratione culpæ sed
 pœnæ, seu subsequenter miseræ, in præ-
 visione DEi consideratum.

Errant: I. qui prædestinationem ratio-
 ne ordinis, ipsam creationem & lapsus
 prævisionem esse docent. II. qui lapsus
 prævisionem quidem concedunt, sed ta-
 men quosdam ex absoluto decreto, DEum
 in miserâ relinquere voluisse asserunt.

Quæritur 2. Non de vero & mero bene-
 placito DEi, quod & nos ipsi Electionis
 principium agnoscimus, ratione omnium
 ejus partium & effectuum, ut ex parte homi-
 nis nulla causa efficiens meritoria, coope-
 rans

rans, sine quâ non vel ulla alia dignitas fingenda sit.

Quæritur 3. de unico *actu voluntatis* DEI, quiratione effectorum & objectorum in diversis actionibus à nobis concipitur, & hoc quidem loco prout se habet erga miseriam humani generis, non tantum, quâ non simpliciter, ut lapsos angelos, rejecit, nec quâ remedium opponere, vel illud per sapientiam determinare, vel in effectum deducere & per gratiam offerre (qui actus omnes totum genus humanum, non tantum quâ pœnam, sed & quâ culpam, miserum, respiciunt jam dum intuitus ad Mediatorem habetur) sed quâ juxta præsentiam in individuo hunc remissâ culpâ, gratiâ & gloriâ beare ab æterno vult immutabiliter, quæ actio voluntatis non est absoluta, nec in peccatore quâ culpam considerato, salvà justitiâ DEI locum habere potest nec *in* ex temperamento justitiæ & misericordiæ ortam præcedit, sed sequitur, & per illud juxta præscientiam in objecto determinatur.

Errant Calviniani, dum:

1. Quidam quosdam homines ad damnationem creatos statuunt. 2. Quosdam homines simpliciter ut angelos rejetsosasserunt. 3. A remedii oppositione ordinatione, oblatione, quosdam ex absoluto

luto DEI decreto excludunt. 4. hominem quâ peccatorem à DEO electum esse statuunt. 5. *Tâxiu* & remedium voluntati, gloriam huic individuo decernenti postponunt, sicque post decretam certis personis salutem & decreto jam constituto rationem ordinis demum invenire satagunt. 6. Atque ita vel electionem & decretum de hoc salvando divellunt, vel executionem decreto non respondentem fingunt.

4. *Quæstio* est de *Merito Christi* ratione priorum actionum voluntatis, quæ remedium ordinârunt, quo pacto decreti integri (sic loquendo) pars est, decretum de Filii missione, cui ut effectus missio respondet, sed in ultimâ cum primis electionis actione, ratione ipsius individui eligendi, quod sicut illud non secundum actum, sed intuitum divinum hîc consideratur, ita nempe, ut prius justitiæ per Christum pro omnibus satisfiat, antequam voluntas per misericordiam ad gratiam ulli offerendam determinetur, sicque satisfactio Christi subjecto gratiam, & per hanc ipsam electionem, ut causa meritoria acquirat.

Errant Calviniani, qui:

1. Simpliciter negant, Christum esse causam electionis, 2. eundem causam instrumentalem faciunt. 3. alias salutis, alias electionis causas faciunt. 4. in decreto negant

negant, quod in excutione concedunt. 5. decreto constituto *rat. 2^{iv}* demum & in illâ Christum subjungunt, atque ita electis, id est, summe jam dilectis, opus Mediatore esse, qui dilectionem, quam jam habent, impetret, fingunt. 6. ob hunc præposterum ordinem, absolutè aliquos ex lapsis hominibus à merito Christi, ratione acquisitionis & oblationis excludunt.

Quæritur: 5. quoad *fidem*, itidem de decreto, ratione ultimæ illius actionis, quæ hunc delectum constituit, non an fiat per fidem, nec an per fidem absolutè, ut opus, sed relatè, ut instrumentum Christum perseveranter recipiens, consideratam: quæ & ipsa sicut perseverantia in illâ, merum DEi donum, ex prioribus voluntatis divinæ in Electione actionibus dependens, quod tamen non ex absoluto odio quibusdam denegatur, sed ex intentione DEi omnibus, per sufficientia ordinaria media conferri debet: per affectatam verò repugnantiam à quibusdam rejici potest: De hac inquam quæritur:

An non ratione intuitus divini præcedat, ita ut per hoc medium in Christo (in quo non nisi fide) DEus quosdam illud habentes intuitus sit, & ita hunc & istum speciali-

cialiter amârit, ut remissâ culpâ ad gloriam eligeret.

Errant Calviniani non tantum superius dictis modis, sed cum primis etiam: 1. quando quibusdam absolute viam ad fidem præcludunt. 2. è contrario verò quosdam sine fide DEum servare decrevisse statuunt, quod de infantibus, qui in hoc mundo neque crediderint, neque credant, neque credituri sint, asserit *Sibrandus Lubertus comment. ad error. Vorstii p. 780. & 784.* de quibusdam Ethnicis asserere cogitur *Zovinglus* & qui illum defendunt.

II. Quoad *Materiam Electionis*: Quæstio est de Electionis seu prædestinationis propriè sic dictæ materia, non *in quâ*, quæ secundum conceptum nostrum est ipse Deus: non *ex quâ*, quæ ut ita loquamur, est distinctio illa & ordo actionum voluntatis: sed *circa quam*, quæ non Christus, nec angelî (misericiæ non indigi) sed homines, non ut creandi, sed ut lapsi, non quâ culpam, sed quâ miseriam considerati, oblatis à præscientiâ divinâ voluntati, ratione priorum ejus actionum, omnes ex æquo primum damnationis rei, quos ob intercessionem Filii, misericordia certo ordine, vult salvos fieri; dein à Christo redempti, quibus omnibus media applicationis, non

M

tâta

tam ex intentione divinâ, sed & actu (nisi hunc præcedens culpa cum hypotheticè prævisâ obstinatâ rejectione impediât) offerenda: ratione ultimæ verò actionis, quæ vis in individuo, ex viribus arbitrii vel externas pædagogicas actiões adhibens, quod insufficientis; vel internè fidem concipiens, quod impossibile, sed divinam mediõrum applicationem finali pertinaciâ non impediens, atque hinc particularitas & paucitas oritur.

Errant hîc Calvinianî:

1. De electione propriè sic dicta Christi.
2. Angelorum.
3. Hominum creandorum. vid. *Sigovvartus cont. Pareum lib. 3. cap. III. art. 6. pag. 405.* quæ tria *VVendelinus pag. 128.* rejicit; non minus tamen gravissimè errat.
4. Peccatores quâ tales ultimæ eligentis voluntatis actioni objiciens.
5. Præpostero ordine iis, quibus salus jam tum decreta, media quibus salutem consequantur, in prævisione DEI proponens.
6. Eadem peccata, quæ in quibusdam juxta ipsum damnationis causâ, eodem modo in electis considerata relinquit.
7. Particularitatem & paucitatem et absolutâ plurium præteritione deducit.
8. Ad

8. Ad hos solos (paucos) Dei gratiam Christi meritum & mediolorum efficaciam restringit.

Hinc (ex ultimo) tres novæ oriuntur controversiæ:

I. De *gratiæ propensione*, quæ est actio voluntatis divinæ, per misericordiam, erga miseriam quâ talem determinatæ, quâ juxta revelationem factam, vult seriò & ex interno beneplacito conditionare tamé, ut omnes in Adamo lapsi, per Christum fide apprehendendum rursus salventur.

II. De *gratiæ acquisitione*, quæ est actio Redemptoris, perfectâ obedientiâ, pro omnium totius mundi hominum, eorum etiam, qui suâ culpâ pereunt, peccatis, actu sufficienter satisfaciens, ita ut in illis omnibus delendis efficax esse possit, si media ordinata adhibeant.

III. De *gratiæ oblatione*, quæ est actio Trinitatis, in qua Spiritus Sanctus se exerit, dum omnibus hominibus Christi meritum vult applicare organo fidei, quam ipse etiam accendere vult apud omnes efficaciter, per media ordinaria sufficientia, quæ actu universaliter obtulit in Adamo, Noacho, Novo Testamento, & offerret semper, nisi præscientia videret oblationem istam fore frustraneam.

M 2

III.

III. Quoad *finem Electionis*:

Quaestio est de vero fine, qui est patefactio misericordiae divinae, erga miseriam generis humani sponte accersitam, quae universaliter ad omnes extenditur, in proensione & oblatione, & sine ulla hominis dignitate electis confertur, a reliquis vero praefractè repudiatur.

Errant: 1. illi qui decretum lapsum & miseriam statuunt, ut misericordia se exercere possit. 2. qui divinam misericordiam in aequali miserâ conditione ad paucos restringunt.

IV. Quoad *Electionis aeternitatem*:

Quaestio est de actione voluntatis divinae in objectum externum, ubi voluntate DEI ipsa immutabiliter se habente in objecto, non prout in Deo ut specie repraesentante, sed prout in seipso consideratur, diversitas temporis occurrit; ubi eadem immutabiliter manet Dei eligentis voluntas, ante in & post executionem, licet in applicato objecto ad voluntatem diversitas oriatur.

Errant ergo: 1. qui respectu DEI, temporalem Electionem à proposito eligendi aeterno diversam faciunt. 2. qui diversum in objecto statum, aliquando sub irâ & sub fine in gratiâ, concedere nolunt.

V. Quoad *Electionis immutabilitatem*:

Status

Status controversiæ est de eligendis quidem, quod plures ratione gratiæ universalis oblata ut & extraordinariæ, eligi possint; de electis verò, quod non ex absoluto decreto, sed præscientiæ infallibilitate, ex intuitu finis vitæ, numerus eorum certus, ut sicut prævisum, ita & in tempore actu, gratiâ ad tempus carere possint, sub finem vitæ verò certò per fidem in Christum eam apprehensuri sint, aliàs enim ut electos Deus non prævidisset.

Errant: 1. qui certitudinem ordinis fingunt, quâ reliqui à mediis exclusi absolute fuerint. 2. qui electos ex absoluto decreto nullo modo perire posse asserunt. 3. qui electos non tantum ratione ultimi prævisi status, sed simpliciter & semper etiam ante & sine mediorum applicatione, imò & quando agunt contra mediorum applicationem, in gratiâ esse statuunt.

§. 8.

Reprobatio damnandorum non ex absoluto DEI decreto vel beneplacito, sed ex hominum infidelitate & peccato ortum habet.

Sic docet ex Verbo DEI *Form. Conc.* pag. 617. n. 3. pag. 619. n. 11. pluribus explicat pag. 802. §. Quæ etiam pag. 820. n. 2. audivi de

M 3

Quod

Quod verò quidam, non ratione peccatorum suorum, verù solo Dei consilio, proposito & voluntate, ad exitium destinati sint, ut prorsus salutem consequi non possint, velut errorem horrendum & blasphemum rejicit pag. 621. n. 3. indeque orientibus perniciosis cogitationibus occurrit pag. 800. 801. 816.

De Reprobatione vid. in comment. Gesnerus fo. 602. Huttenus f. 1184. Menzerus Di. p. XV. T. 1. Gess. Meisnerus Anthrop. D. XX. thes. 2. Gerhardus de Elect. thes. 217. Polyc. Lyserus cont. Polan. Disp. XIX. thes. 6. Brochmannus cap. 11. c. 2. Eckhardus in Falsc. g. XIII. pag. 365. Müllerus pag. 373. de abs. decr.

Antithesis Calviniana vid. apud citatos Dd. Eckhardum pag. 362. Mullerum pag. 20. 388. Gc. Hannium in diascep. pag. 581. 585. 590. 610. Danhauerum Ph. I. fol. 171. seq.

Objectionum refutatio, apud eosdem Müllerum pag. 403. seq. Danhauerum pag. 252. 261. 302. 305.

Reprobatio est decretum DEI æternum, in applicatione ad objectum externum, consideratum, quo, cum juxta præscientiam miseriæ, ex lapsu hominis ortæ, remedium oblatum, ab hoc individuo finaliter rejici videt, voluntas per justitiam circa objectum determinatur, ut gratiam

porro deneget, & pœnas pœmeritas æternas, quandoque & temporales irroget.
Hinc

Quoad *Impulsivam* Reprobationis: Quæstio est de *evdokia*, vel potius voluntatis divinæ actione circa ultimum hominis statum, quatenus is in pœnis æternis continuandus est:

1. An sine respectu ad ullam, juxta DEÏ præscientiam, præcedentem culpam, quosdam homines decreto æterno reprobaverit, jita ut vel creârit vel destinârit ad damnationē, vel saltem gratiâ suâ in actu negativo præterierit, & postea propter peccatum actu positivo prædamnârit.

2. An in respectu culpæ communis, ubi non *de jure* DEÏ *absoluto*, num omnes vel aliquos homines damnare ita potuisset, jam disputamus, *sed de revelato & ordinato*, an absolutè quosdam simpliciter propter peccatum sive originis sive actuale; item: an respectivè hos potius quam illos, ex absolutâ voluntate damnare decreverit; vel è contrario: an neminem, nisi propter remedii, contra originale & actualia peccata oblati repudiationem reprobare & formaliter damnare decreverit.

Errant ergò hîc Calviniani maximè inter seipsos dissentientes:

M 4

I. In

1. In genere, qui simpliciter *evdōnīas* Dei causam vel rationem moventem DEum ad faciendum decretum reprobationis asserunt. In specie:

2. Qui asserunt, ex decreto reprobationis DEum quosdam ad lapsum & interitum creasse.

3. Qui asserunt quosdam destinatos ad damnationem & damnationis causas.

4. Qui propositum deserendi & præterendi absolutum statuunt.

5. Qui infantes quosdam baptisatos, etiam ob solum peccatum originale, actu damnari statuunt.

6. Denique omnes illi, qui reprobationis sive absolute sive relate considerate, causam motricem incredulitatem, sive prævisam remedii oblatis rejectionem esse negant, & vel nullam vel aliam supponunt.

Quoad *Materiam* Reprobationis

Quæstio non est de diabolis vel malis angelis, sed de hominibus consideratis in præscientiâ DEI, non ut erant creandi, nec simpliciter ut in Adamo peccantes actualiter, nec etiam simpliciter ut habitu peccati originis & actualium infecti; sed prout ex misericordiâ meritum Christi, cum sufficienter efficaci gratia oblatum aut etiam offerendum, vel nunquam ap-
pre-



prehendendo, vel iterū repudiando, finaliter erant reje&uri, qui in comparatione ad credentes plures sunt.

Errant: 1. qui statuunt Deum reprobos ad damnationem creasse.

2. Qui statuunt hominem lapsum reprobationis objectum, sed ita ut creatus sit ad peccandum.

3. Qui homines lapsos quidem considerant, sed creatos ad gloriam reprobos negant.

4. Qui peccata orig. & actualia quidem jungunt, sed sine respectu ad incredulitatem.

5. Qui incredulitatem effectum reprobationis esse statuunt, vel causam ejus in Deum transferunt.

6. Omnes denique qui respectum ad incredulitatem in subjecto non attendunt.

Quoad *Finem Reprobationis*:

Quæstio est de vero fine, qui est paterfactio justitiæ divinæ, erga miseriam generis humani, spontè accersitam & auferendam, per remedium, ex gratiâ divinâ oblatum, ex obstinatâ verò repugnantia & reje&ione mediorum continuatâ impeditum, sicque per accumulationem culpæ, justitiam ad puniendum provocantem.

Errant: 1. qui dicunt absque respectu

M 5

culpæ

culpa aliquos pœnæ per æternam reprobationem addictos. 2. qui dicunt, ut iustitia in reprobatione exserere se posset hominẽ ex decreto Dei esse lapsu. 3. qui statuunt Deum hominem ut peccatorem ex iustitiã ad exitium reprobare, quem tamen nunquam ad vitam creaverat vel destinarat.

Quoad Desertionem:

Quæstio est de tali desertione, quæ non sit omnimoda gratiæ denegatio, sed dationem ejusdem præsupponat, ita ut in Adamo etiam omnibus collata fuerit, nec quoad statum in Adamo desertio præcesserit lapsum, quoad restitutionem verò in Christo itidem nemo à gratiã simpliciter desertus fuerit, quin imò quidam ad tempus eã actu frui possint, secundum Dei tamen prævisionem illi omnes gratiã finaliter deserantur, qui media nunquam vel recipiunt vel recepta rejiciunt.

Errant: 1. qui desertionem Dei in primo Adæ peccato præmittunt desertioui hominis. 2. qui generalem gratiæ oblationem negant, & quosdam ex absoluto decreto, simpliciter à gratiã desertos statuunt. 3. qui reprobis nunquam actu conferri DEI gratiam salutarem asserunt. Denique

Quoad Indurationem:

Quæstio est de induratione, quæ non est ipsa prima innata cordis duricies, ejusve
sim-

simplex & absoluta continuatio, sed quæ contrariatur hujus ordinariæ sublationi, & naturalem duriciem spontè magis magisque auget, ubi Deus non tantum generaliter concurrat, sed actu judicio: I. deserrando. II. Satanæ tradendo. III. Objectû externum offerendo. IV. actionem peccaminosam circa illud promittendo. V. tolerando. VI. ad finem gloriæ convenientem deducendo.

Ipsi verò etiam actioni peccaminosæ contrariatur: 1. prohibendo. 2. detestando. 3. cohibendo. 4. puniendo.

Errant: I. qui ex duricie naturali indurationem deducunt. II. qui indurationem quatenus peccatum Deo adscribunt. III. qui voluntatem Dei irresistibiliter hîc agere dicunt. IV. qui indurationem in Christo fieri blasphemè asserunt.

De reliquis Calvinianorum, circa articulos, in Formulâ Concordiæ non repetitos vel declaratos, erroribus, vid. Mentzerus in Exeg. Aug. Confess. Gerhardus in Locis & Dispp. Tom. I. & II. Hoë in oraculo Dodoneo c. XLIX. pag. 248, seq. 303, seq. Hulfemannus in Calvinismo irreconciliabili qu. 1. class. 3. pag. 29, seq. VVellerus contra Massonium, Calovius in padia pag. 269. & cœteri sup. part. I. generali §. 10. indigitati autores.

De

De Calvinistarum collusione cum:

- I. Papistis vid. Dannhauerus in Syncretismo Papae-Calviniano part. II. Hodon. p. 333.
- II. Schvuenckfeldianis. vid. Heilbrunnerus in Schvuenckfeldio-Calvinismo, VVellerus Disp. X. de Calvino-Schvuenckfeldianismo, Nicol. Hunnius in diascepsi de fundam. Luth. & Calvin. dissensu p. 600.
- III. Phorinianis: vid. Gerhardus Tom. II. Disp. p. 336. f. in Harmoniâ Calvino-Phoriniana Disp. 1. 2. 3. & 4.
- IV. Judæis: vid. Egid. Hunnius in Calvino Judaizante ejusque vindic. cont. Pareum.
- V. Turcis vid. Giffordus in Calvino-Turcismo.

Δόξα τῷ Θεῷ.



SERI-

SERIES CONTENTORUM
ISAGOGES

Partis Generalis:

1. Calvinismi denominatio.
2. Calvinistarum appellatio.
3. Calvinismi descriptio.
4. Calvinismi distinctio.
5. Calvinismi summaria comprehensio.
6. Calvinismi doctrina & Confessio.
7. Calvinistas convertendi modus & ratio.
8. Calvinismi cū Lutheranismo conciliatio.
9. Calvinismi & Lutheranismi dissensio.
10. Calvinisticarū controversiarū tractatio.

Partis Specialis:

Articulus: (præliminaris de Normâ
dogmatum.)

- I. De peccato originis.
- II. De Libero arbitrio.
- III. De Justitiâ fidei coram DEO.
- IV. De bonis operibus.
- V. De Lege & Evangelio.
- VI. De tertio usu Legis.
- VII. De Cœnâ Domini.
- VIII. De Personâ Christi.
- IX. De descensu Christi ad inferos. [ris.]
- X. De Ceremoniis Ecclesiasticis S. Adiapho-
- XI. De Prædestinatione.

Encomion Libri Concordiæ

D. I. O. S. de A. M. D. LXXXII.

B. D.

108 (o) 108
B. D. JOHANNIS OLEARII
Sen.

Eccl. Hal. Superint.
ENCOMION LIBRI CONCORDIÆ,
adversus quendam *imovosquasiya*,
editum Erfordiæ An. M. D. LXXXII.

E *St tibi sancte liber verum* CONCORDIA
nomen.
Quippe salutiferi pandis CONCORDIA
Verbi

Dogmata: que nexu sanctorum pectora jungunt
Unanimi, diuini Et licet seclisve locisve:

Dogmata, pacificum que sunt spiraminis almi
Organon, auctor e pacis memorantia CHRISTI.

Aurolyci fuerant hac prim. in fraude Latini
Cimmerias velut in tenebras demersa, priusquam
Reddita lux illis diuini voce LUTHERI.

Tertius hic verò terras ubi liqui ELIAS:

Infandis ea paulatim temerata cavillis,

Tristibus hinc rixis circumsonuere: secuta

Exilia, erummeq; graves, gemitusq; bonorum,

Dum se quisq; malis obiectat, Et usq; labantem.

Nuitur incassum veri reparare nitorem.

Te nunc alme liber, tanta supponere molis

Concordes humeros: miserandaq; vulnera sancti

Agminis, optata placide curare medelâ,

Legitimamq; pie normam prescribere pacis,

Pacis, ac insidiis que sic fraudumq; remota

Syr.



Symate: nunc sopire cruces moderamine pugnas
 Caelitus ostenso: diriturnas nempe duelli
 Multifidi soatebras monstrando: vera probando:
 Falsa refellendo: dubios relegendi cothurnos:

Quis precor id carpat, dira nisi mentis Ala-
 stor?

Quis? nisi Christigenum, quem bella domestica
 pascunt?

Tene venenato male sanus dente Poeta
 Rodat: Et incuset, Discordia dira vocari
 Quod merito possis? tantum scelus improba lingua
 Concipiat? tantumne nefas Mysta excidat ore?
 Parce metu, venerando liber, sibi vulnera Momus
 Ipse facit, dam te laniat. Cui mira videri
 Res queat, unanimes fratres quod damnat Enyo?
 Sancta quod his odio pax est, qui castra sequun-
 tur?

Qui spoliis gaudet, quos arma nefanda saginant?
 Bubo quod ignavus radios Hyperioris odit?

Quod furum latebras reiegi, spelea latronum
 Deprendi, doleant socii furum atq; latronum?

Non genus hoc sceleris rarum, quod vera sa-
 lutis.

Norma Theonino laceratur dente: quod ipsa
 Fingitur unanimes armare in praelia fratres:
 Atque pias turbare domos, templisq; sacratis
 Discordes inferre faces. Insana xenogylais
 Talia consuevit rabies dictare profanis.

Cum Satanas, osor lucis, fera bella ciere

Peri-

Veriloquos contra *Mystas*: cum crypta tenebris
Tartareis isto soleat malimine gaeri.
Hoc recutita cohors fœdabat crimine Verbum.
CHRISTE tuum: Proceres hoc œstro deinde

Latini

In furias æsti, flatus oracula sancti
Semina cœu belli condemnare cruenti
Quid? quod ab ingrato tua vox divine Ill-

THERE

Premia tœu meriti, tulit hæc convicia mundo?
Quod serat in populo turbas, quod nomina mille,
Mille nocendi artes teneat; Nos attamen illam
Cœlius excitans scimus: gratesq; Parenti
Dicimus æthereo tantâ pro luce perennes.

Deneger o Vates, quo te liber ille tumultu
Implicat? anne fuit turbis infamibus ulla
Materies: nec dum foret hæc ubi cognita fides
Luminibus peracerbatuis? Non iuxta normam
Concordis fidei, turbas dabit: Accipe veras
Perpetui furias hortatoresq; duelli.
Quod Pater astripotens Paradisi sanxit in horos
Quod satus æterno terris instare Parente
Præmonuit Servator: ut hoc sibi vendicer ipse,
Æuspiciisq; suis velut exardescere late.
Pacifer est Christus, ramo signatur olive
Pacifera, verbum, quod spiritus æme ministrat
Æst Evangelii, simul illuxere coruscæ
Fulgura, lucifugis quæ sunt intuta dolosis:
Arma fremit Sygæis addicta caterva tenebris

Vincta



Vincta recusantur, & sueta sub nocte rudentur.
 Hic tuba terribili sonitu Plutonia late
 Increpat: hic Damon ferales aggerat iras,
 Si pote vasanis collidere cuncta ruinis:
 Nec modo juratos fidei Christicos hostes,
 Qui foris oppugnant mandras & ovilia sancti
 Agminis: ast socios fidei fratresq; dolores
 Estimulat pariter: qui caelica mella venenis
 Consuevere suis furtim miscere docendo:
 Sinterumq; olido fermento tingere Manna,
 Haec manns, intus ovat pugna quoque caeca fu-
 rore:

Hi dubiis gaudent nebulis, & luce maligna:
 Salvificumq; jubar, sinceraq; dicta perosi
 Arma fremunt late, pacisq; furenter amorem
 Proculcant: sic CHRISTUS & his, & agen-
 ribus extra

Septa sua caula, fit perpetis ansa tumultus:
 Et quasi vexillum, cui contradicitur ultrò.
 Sic, DEUS ipse nocens perhibetur: Tartarus
 insons.

Fax belli, CHRISTUS: Satanas quoque pa-
 cis origo.

Vae tamen assuetis opprobria fundere lin-
 guis

In superum Numen sinceraq; jussa Tonantis.
 Quaq; vocant tenebras lucem, lucemq; tenebras.
 Faucibus ex Orci natas, Vulcaniaq; orsa.
 Scire jurat, quenam soboles Vulcania dici

N Jure



fure queat? qui *Mulciberis de more in-
urumvis*

*Loripedes latus inclinant, nec poplite recto.
Ad veri decus incedunt: qui more, Baalis
Sacra frequentantium, sursum prorsumq; va-
gantur*

*Schœ abate: dubii pariter Satanag, DEog,
Partitis operis famuli: noctemq; diemq;
Nycteri dum ritu, cantu ratione secantes
Acra, q; i terramq; volant libramine cauto
Per medium: neutrum cupidi contingere:
neutri*

*Ore patrociniū parti prestare: sed illam
Corde foveretamen, violat que dogmata*

CHRISTI

*Dum ferat optatum tempus: quo turbine sevo
Qua data portaruant, & funditus omnia ver-
tiant.*

*Horum religio monstrum est informe, piisq;
Omnibus invisum, & dirum mortalibus omen.
Hic videas Sphynxis ludibria; membra Chi-
mara*

*Tartarea confusa: Magis Samaritica lerna
Non fuit errorum fecunda hac face malorum.
Qui sanctam pacem rabido cane peius & angui
Oderunt: Mundumq; tamen sub nomine paci
Quæ sitæ allectant. Te nos pater alme per ipsam
Vingentæ mortem nati sine sine precamur,
Confirmes ut opus cœptum: memorabile munus
Paci-*

Pacifica norma laetis successibus ornes.
Inq̄ dies numerum sociis compluribus auge.
Reprime qui fera bella volunt, pia cœptave
carpunt.

Si tamen arma Satan moveat, si nomina mille
Mille nocendi artes agitet: quo munere tanto
Nos spoliare queat, vel tœdia mentibus egris
Ingerere: ut turbis CONCORDIA sancta
fatiscat:

Ne tamen, alme parens, ne tantum quæso
ruamus

In scelus, ut furiis acti, tua cœlica jussa
Faucibus ex Erebi diri prolata canamus.
Heu quam grande nefas? quali ratione piandū?
Hec effusa iennis reprobe petulantia Muse?
Sevus e Ariano furor ex ardebat in hoste
Cum Nicena fides ab atroci pressa Valente
Milla multa daret letho? Num Symbolon
autem

Hoc ἔρδος μῆλον fuerat? si crimina mundi
Majores cumulent pœnas (procul omen abesto)
Vergit in exitium præcept, quia serior ætas,
An foret istorum CONCORDIA nostra
malorum

Fons meritò statuenda? quid ô Rhadamante si-
nister

Doctrina tribuis vera, quod turbat Erynnis
Et Satana fremitus tranquilla negotia CHRI-
STI?

Hec

Hac lucerna DEO perstabit vindice tuta
 Solamenq; piis praebebit mentibus ingens
 Inter mille cruces, fraudesq; & Schismata mille
 In cineres donec redigatur machina mundi
 Verbo namq; DEi CONCORDIA niri-
 tur ista,
 Amosidas evo quod ait durare perenni.

FINIS.

Σφάλματα emendanda.

Fol. 6. lin. 13. appellari	100 -- 7. nos unum
25 -- 13. Calvinistica	105 -- 6. praesentia
29 -- 5. Calvinismus	120 -- 10. Calviniani
35 -- 11. in quarto.	132 -- 2. quo, est.
36 -- 11. seu status	139 -- 23. quam
46 -- 12. volendo.	143 -- 5. & Calv.
65 -- 10. statn.	144 -- 20. Becano,
67 -- ult. consuevit	163 -- 10. Conf.
69 -- 26. & praeter eos	-- 12. Germ.
Eckhardum, Hulfeman-	164 -- 10. seu
num.	165 -- 22. Fasc.
71 -- 1. Crocius	24. Johannes
79 -- 4. Antinomis	175 -- 12. priorum
84 -- 6. quandoque	176 -- 8. hominibus.
-- 25. imputationem	187 -- 8. permittendo
91 -- 19. VII.	191 -- 19. Hyperionis,
92 -- 1. ejusque	192 -- 15. Degener.
96 -- 22. obliqnat	



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, possibly a title or heading, appearing as a series of characters.







I. N. F. C.

ISAGOGE

AN

Form

In The

GOTT

Sacræ

Eccle

Cum app

7

Typis & su

